# Capitulum decimūnonum.

Chriſti ieſu memoria que lōge eſt a me.et omnino mihi ignota.
Heu quid dicam. Nam cunctis diebus vite mee chriſti paſſio
nis memoriam nunq̄ꝫ habui niſi in magna feria ſexta.quando
me oportebat eandem populo meo predicare.quod tñ hucuſqꝫ
raro feci. Sed illud ſalutiferū opus ſocijs diuinoꝝ ad perfi-
ciendum cōmiſi. Sed tamen ratio dictat. et intellectus meus
apprehendit.ꝙ eſt opus maxime ſalutiferum et meritoriū apud
dominum noſtrū Jeſum xp̄m videlicet paſſionis eius deuota
memoria. Sicut ſuperius probaſti ſacris ſcriptis et diuerſis
exemplis. Sed heu ignota eſt apud me omnino.et ſic quid fa-
ciam penitus ignoro. Sed tamen vnū eſt quod in ſcriptis tu
is apprehendi ſuperius.qđ letificat aliquo modo cor meum.vi
delicet vbi ſcribis.ꝙ multe reperiuntur cōtemplationes in ſanc
toꝝ patrum ſcripturis verbis breuiſſimis aliq̄ꝫ partem paſſio
nis. immo etiam qn̄qꝫ totam paſſionem comprehendentibus
Peto igitur te Germane humiliter et fraterne tu velis mihi ali
quas contemplationes ſcribere vt poſſim me quotidie in illis
excitare quouſqꝫ per gratiam dei poſſim illam paſſionem cordi
meo mentaliter infigere. Incipientibus eñi ſcripta ſufficiunt
talia quouſqꝫ conſcendant ad alciora:

## Reſponſio fratris ad fratrez

Mi frater faciam qđ petis. Et ſcribā tibi ſeptem cō-
templationes ſm ꝙ in ebdomoda ſīt ſeptem dies. vt
qualibet die vnam ſpecialem cōtemplacionem habeas
In q̄bus te quotidie cum lachrimis exercere valeas. Nam nos
religioſi picturā paſſionis Chriſti ante oculos habemus. Se
cundo ſcriptas cōtemplationes ſanctorū patrū memorando
legimus. Tercio ſcripturā et picturā intra mentem ponimus.
et clauſis oculis in ſecretiſſimo ſilētio memoriā Chriſti paſſio
nis habemus Sic et tu fac mi frater et ſaluus eris. ¶ Sit er
go primo die.videlicet Dominica hec breuiſſima contemplatio
continens inſe totam paſſionem ſub paucis verbis.

## Deuota inſtructio de habēda

memoria paſſionis Chriſti et cōtemplationibus diuerſis.die
dominica et prima. Capitulum.xx.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Omine ieſu criſte fili dei viui qui pro nobis miſeris
peccatoribus dignatꝰ es homo fieri. in bethleem naſci.
in preſepium poni. circumcidi in templũ offerri. in egi-
ptum peregrinari. ex egipto duci. baptiſari. temptari. ieiunãdo
diſcurrendo. predicando. vigilando. fatigari. lachrimari. obpro
bria et cõtumelias pati. in oratione pre anxietate ſpũs ſangui
neo ſudore perfundi. et dulciſſimã animam triſtitia et merore
conteri. vendi. tradi. capi. duris nexibus conſtringi. crudeliter
trahi. velari. conſpui. verberari. colaphiſari. alapari. ſubſanari. ⁊
illudi. pilato preſentari. iudicari. condemnari. ad ſtatuam horri
biliter ligari. flagellari. ⁊ ſpinis coronari. caput tuum arundine
percuti. in alba veſte ac purpurea irrideri. yronice adorari ⁊ ſa
lutari. Crucem baiulans. ad mortem duci. corpore nudato in-
ter latrones ſuſpenſus. conclauari ſeu cruce affigi. brachijs et
pedibus in longitudine et latitudine diſtrahi et extendi. ita vt
compages omnium membrorum diſſoluerentur. A ſexta hora
vſqꝫ ad nonam cum tanta mola et ponderoſitate corporis infi
nitis cruciatibus et penis anteqꝫ pie iheſu expirares voluiſti
affligi. ab omnibus contemptus et abiectus. blaſphemari. ace
to ⁊ felle potari. cum clamore valido mori. lancea perforari. cru
ce depoſitus ſepeliri. Libera me queſo per ſanctiſſimã mortem
tuam a ſubitanee et eterne mortis periculo. et per quinqꝫ vul-
nera tua purifica quinqꝫ ſenſus exteriores meos. et oẽm affe-
ctum interiorem ad cognoſcendũ. timendum. diligenduz hono
randum ⁊ adorandũ te dominũ creatorem ac redemptorem ⁊
iudicem meum. O clementiſſime iheſu per tuam ſanctiſſimam
incarnationem. natiuitatem. circumciſionẽ. paſſionem. reſurre-
ctionem. et tuam glorioſam aſcenſionem da mihi gratiam ob
tinere et totis precordijs tibi adherere. tota deuotione ⁊ com
punctiõe. tota humilitate. puritate et caritate tibi iugiter ⁊ fer
uenter ſeruire. finemqꝫ meum preſcire. et in mortis articulo ſa-
cramentorũ tuorum digna perceptione cum vera contritione
muniri. et beatiſſime tue genitricis virginis Marie viſitatio-
ne conſolari. Et ad te letum cum plenitudine ſenſus mei tranſ
ſire Amen.

# Capitulum viceſimum.

## Feria ſecunda contemplatio

multū deuota de. vij. cauſis tam acerrime paſſionis dñi. n. i. x.

O Anima mea precioſa non auro aut argento: ſed hieſu
xp̄i agni immaculati ſanguine redempta. Contempla
re diligenter quid pro te datū ſit. et nō tradas in ꝑdi-
tionem. qm̄ chriſtus deus tuus pro te eſt mortuus. Multum
em̄ te dilexit qui te tam caro p̄cio emit. ¶ Un Bern. Neſciui ꝙ
me deus tm̄ diligeret. amplius mihi nihil eſſe debeo. qui deū ꝓ
me mori conſpicio cui tm̄ cōplacuit vt ꝓ me potius mori elige
ret ne me ꝑderet. Quapropter ſolet queri. Cur taz graue genus
mortis xp̄s voluit ſuſtinere et ſe totaliter tā exinanire. hoceſt de
uotiſſime inquirendū. et inuentū diligētiſſime ꝯtemplandū. ſtz
aūt huius ſeptē cauſe ⁊c̄. ¶ Prima vt nobis ſuā dilectionē inſi
nuaret. ¶ Scđa vt nos ad rediligendū eū efficacius ꝓuocaret
¶ Tercia vt nos ſibi magis obligaret. ¶ Quarta vt nos ad
ſufferendū tribulationes ꝯfortaret. ¶ Quinta vt nobis tribula
tiones dulcoraret. ¶ Sexta vt nos ab eterno cruciatu libera
ret. ¶ Septima vt nobis celū reſeraret. Dixi primo vt nobis
ſuā dilectionē inſinuaret. Magnꝰ eſt em̄ amor dei in corde ſuo
abſcōditus ꝗ́ ſciri nō poterat. niſi ꝑ aliqđ valde magnū extrinſe
cum ꝓbaret. Uñ cū dñs ꝑ yſaiā dixit. In caritate ꝑpetua di-
lexi te. Nō dure ceruicis credere nō potuit dei ꝟbis. Ideo im
ꝑerando dixit illud ꝓpheticū. Māda remāda. manda reman
da. i. tota die mandas. quantū nos diligas. ſ; niſi caritas tran-
ſeat ꝑ redemptionē in effectū credere nō valemus. Eſt igitur ꝓ
nobis paſſus vt nobis ſuum amorē inſinuaret. Unde Johā.
vi. Maiorem caritatē nemo habet. vt animā ſuā ponat quis
pro amicis ſuis. Suꝑ quo verbo dicit Bern. Tu maiorem ca
ritatem habuiſti bone hieſu tuam ponēs animā pro inimicis
tuis. Cum em̄ ſc̄m Apoſtolū: Adhuc inimici eſſemus recōcilia
ti ſumus deo ꝑ mortē filij eius. ¶ Secūdo dixi. vt nos ad re-
diligendum eum efficatius prouocaret. Uidentes em̄. ꝙ tam
ſupra modum magna mala pertulit in amorem noſtrū. ſi ſal-
tem lapidei nō ſumus continere nō poſſumus. Si autem mor
tui ſpiritu ſumus. et per cōſequens inſenſati non erit vox neq;
ſenſus. Nam Bern. qui nō erat vtiq; inſenſatus ſic ait. Super

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

omīa reddit te mihi amabilem O bone iheſu calix redemtõis
quem bibiſti: quanto em̄ duriora: grauiora et maiora ſunt que
pro nobis tulit deus et homo tanto efficatius amorem noſtrū
ad ſe rapit. Et q2 facilitas creationis hoīes ingratos fecit dif-
ficultatem redemtõis nobis exhibuit vt a nobis amorē maio-
rem extorqueret. ¶ Tertio dixi. vt nos ſibi maius obligaret.
Quis em̄ videns dominū ſuum pro ſe cruentatū vſqȝ ad mor
tem et morte turpiſſima condemnatū: quō a quibuſcūqȝ labo-
ribus poterit ſe abſtinere. Unde ps. Quid retribuam dn̄o pro
omnibus que retribuit mihi. Reus em̄ erit ſanguinis qui ſibi
non retribuit qd̄ tenetur. Unde aplūs. Non ſunt cōdigne paſ
ſiones huius tpis ad futuram gloriā que reuelabit' in nobis.
Item Bern. ait. Quid rependam dn̄o pro omnibus his non
habeo. Nam quicq̄d ſum erit ſicut ſtella ad ſolem: ſtilla ad flu
men: puluis ad montē: quid ergo retribuam dn̄o pro omibus
que retribuit mihi: niſi vt ipm diligam. Idem ait. Quid durū
aut dirum eſſe poterit cū recordatus fueris q' deus tuus ama
ros cruciatus ſuſtinuit ne tu ꝑpetuos ſuſtineres. ¶ Quarto di
xi vt nos ad ſufferentiaȝ confortaret: ſeruus em̄ videns dn̄m
ſuum pro ſe vulneratū merito animat' ad ſimilia ſufferēda. Un
de Math. x. Non eſt ſeruus contra dn̄m ſuū: ſi em̄ me pſecuti
ſunt et vos perſequent'. Bern. Extremū ſupplitium mortis ele
git deus vt nullū genus mortis martires formidarēt. Sic pe
trus: paulus: andreas: ſtephanus: laurentius: ex domini paſſi
one ꝯfortati mortem quā omis creatura naturaliter abhorret
ipſi quaſi epulas affectabāt. ¶ Quinto dixi vt per ſue paſſiōis
amaritudinē: noſtras paſſiones dulcoraret. Quid em̄ durum
eſſe poterit pro illo ſufferendū qui tam amaram paſſionē: tam
dulci animo et fideli affectu pro nobis miſeris ꝑtulit. vn̄ Gre.
Cum paſſio criſti ad mēoriam reducit' nihil tam difficile eſt q'
non equo animo tolleret'. Aug. ait. Miles non ſentit vulnera
cū ducis ſui vulnera cōſpicit grauiora. Hoc ergo lignum cru-
cis beato andree ſuā crucem dulcorabat qui dicebat. O bona
crux diu deſiderata ꝛc. Et beato ſtephano lapides de quo le-
gitur. Lapides torrētes illi dulces fuerūt. ¶ Sexto dixi q' taȝ
amaram ſuſtinuit penā vt nos ab eterno cruciatu liberaret. vn̄
Bern. O homo agnoſce q̄ȝ grauia ſunt vulnera tua ꝑ quibus

oportuit dominū tam atrociter vulnerari. Et ſi non eſſent ad mortem ſempiternā nunq̄ꝫ pro eodem remedio filius moreret̃ Ozeas ꝓpheta ait. O mors:ero mors tua:morſus tuus ero inferne. Et hoc factū eſt poſtq̄ꝫ criſtus in cruce expirauit:ſtatim anima eius ad infernū deſcendit eripiēs inde eos ꝑ quibꝰ ſanguinē ſuū fudit. et ideo adhuc quotidie nō ceſſat ad aīam clamare dicēs. O aīa reuertere ad me qꝛ ego ſum qui te tam nobiliter creauit et qui tibi eternā beatitudinē tam copioſe ꝛ laudabiliter p̄parauit. Reuertere o aīa mea cum gaudio te expectant oēs ſancti:ad tuum aduentū exultabunt oēs angeli:ymo tuum reditū preſtolat̃ totius trinitatis abiſſus. ¶ Septimo ꝛ vltimo dixi vt nobis celū reſeraret. Nullus em̄ ſanctorū quantūcunq̄ꝫ ſanctus añ domini paſſionē celorum regnū potuerat introire. Hic ſta et cōtemplare et dic deuota mēte. O mi deus ſi hec ſe ita habent quantū ego debeo te diligere qui me:cum non eram creaſti:qui me cū perieram redemiſti:qñ errabaꝫ reduxiſti:qñ peccabam me corripuiſti:qñ iam pene deſperabam me ꝯfortaſti. Et hoc eſt quod d̄r beatus Augu. Si pbas eſt dicere q̄ modo nihil videt̃ mihi agere deus niſi vt ſaluti anime mee prouideat:et ita cum totū ad cuſtodiam meā video occupatū:quaſi oīm aliorum oblitus mihi ſoli vacare velit. Quibus verbis cōcordat beatus Bern. dicēs. Audite fratres mirum ſed verū. Aīa deum videns non ſecus videt q̄ꝫ ſi ſola videatur ab eo:qua propter dic ex intimo amore cordis tui. O dulciſſime dñe hieſu criſte infunde obſecro multitudinē caritatis tue mihi peccatori:vt nihil terrenū:nihil carnale deſiderem ſed te ſolum ſuꝑ oīa diligam vt penitus rennuat conſolari aīa mea:niſi in te dulciſſimo dño deo meo. Scribe digito tuo in tabulis cordis mei mēoriam eorum que pro me ꝑtuliſti. Nulla vnq̄ꝫ obliuioni delenda vt ea ſemꝑ pre oculis habeam et delecter non ſolum illa cogitare ſed etiā ſi neceſſe fuerit pro meo modulo tollerare:et dulceſcat mihi nō ſolum tibi ex omnibus viribus obſequi:ſed etiam propter te cōtumelijs affici:vt certe morte turpiſſima ſi neceſſe fuerit condemnari.

Septimo

## Alia contemplacō feria tertia de Septem verbis que criſtus dixit in cruce.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Ontēplandū eſt ſeruo dei vt ſicut cithara materialis
hñs lignuz et cordas deſuper extenſas dum percutit
dulcem ſonū reſonat. Sic cithara noſtra hieſus xpūs
crucem habens pro ligno cithare et corpus ſuum rite cordatū
percuſſus doloribus et obprobrijs ſeptē verba ſalutifera om-
ni conſolatione: doctrina ⁊ caritate plena dulciſſime reſonabat
ab omni fideli cū omni cordis deuotiōe meditanda. ¶ Primū
igitur verbū quod beatus Lucas ſcribit eſt iſtud. Pater igno
ſce illis quia neſciunt quid fatiunt. Ecce quō agnus ille inno
cens et manſuetus in omnibus preſſuris ſuis nec ſemel os ſuū
aperuit: vt aut querele aut excuſatōis aut cōminationis vł ma
ledictiōis ſermonē aduerſus crudeles hoſtes ſuos diceret: qui
ymmo potius noue benedictionis verbū quod a ſeculo nō eſt
auditū ſuper inimicos ſuos ex abundantia caritatis effudit di
cens. Pater ignoſce ⁊c. O ſerue dei fideliter recordare hoc ver
bum in corde tuo: vt quotienſcūqȝ ſeuiunt cōtra te inimici tui:
memorare illius verbi hieſu criſti: et ſicut ipſe pro occiſoribus
ſuis orauit: non quaſi nō poſſit ipſis eorum peccata cōdonare
ſed vt nos doceret pro pſequentibus orare. Ymmo ſm aplm
cum lachrimis pro eis orauit. ad Heb. v. Cū clamore valido
et lachrimis preces offerens ⁊c. Bern. Manus que formaue-
runt celū in cruce ſunt extenſe et clauis affixe: et totus verbera
tur: lancea latus pforatur: quid multū in eo remāſit niſi lingua
vt matrem diſcipulo cōmendaret: et vt pro pctōribus deū ex-
oraret. Non igit obliuiſcit amicorum ſuorū qui in tali articulo
nō eſt oblitus pſecutorū ſuorū. Ecce quō vir iſte per oia artat
et ſpernit: et ad locū caluarie ductus mirra et felle potatur: in
cruce ſubleuat: et dt. Pater ignoſce illis quia neſciūt quid fa-
tiunt. Qualis eſt hic qui in omnibus pſſuris ſuis ne ſemel os
ſuū aperuit: aut aliqd verbuz durū aduerſus illos maledictos
canes ꝓtulit. Quid ergo hoc viro māſuetius: quid benignius
aia mea vidiſti. Multi igit eorū qui aderant cōpuncti ſtȝ corde
et penituerūt quorū cor tetigit deus. et poterant dicere. Quid
eſt qd audiuimus. Nos em̄ omne malū quod excogitare po-
tuimus huic viro impendimus et ipſe viceuerſa orat ꝓ nobis
Si quid igit malitie aut prauitatis in eo eſſet: vtiqȝ in tātis ⁊
talibus preſſurȝ erūperet. Arbor em̄ mala fruct⁹ bonos ꝓferre

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

non poteſt: qua ꝓpter percutientes pectora ſua cōpuncti reuer
ſi ſunt in domos ſuas. Dic ergo deuote. O dñe hieſu criſte fili
dei viui mundi creator et redemptor: qui in ara crucis ꝓ tuis
crucifixoribus deum patrem deuote et lacrimabiliter exoraſti
Da queſo mihi indigno peccatori per gratiam tuam corde et
ore te pro meis inimicis exorare: et eorū mala ac inſidias pro
tui nominis gloria patienter tollerare Amen.

# Secundum Verbum.

Secundum verbū quod ſcribit beatus Lucas eſt ver
bum omni acceptione dignū quod dixit ad latronem
ſero penitētem. videlicet. Hodie mecū eris in paradi
ſo. Ecce q̄ liberalis ymmo prodigus factus eſt hodie criſtus.
qui latroni regnū: crucifixo celum: damnato paradiſum. ꝓ bre
ui petitione largitur. ¶ Contemplare hic diligēter. qꝛ latroni
hec cōfeſſio in ꝑſentia ſaluatoris ſuffecit que ſibi in carcere nō
ſuffeciſſet. Ex quo habes ꝙ ſanctū et fructuoſum eſt in ꝑſentia
corporali hieſu criſti. videlicet coram ſacrā̄to eucariſtie exorare
O q̄ magna fides in iſto latrone ꝯſideranda eſt qui nec ꝓpter
pene quā ſuſtinebat acerbitatem: nec ꝓpter carnis quā videbat
in criſto infirmitatē fidei obmiſit confeſſionē dicens. Memēto
mei dñe dum venerꝭ in regnū tuum. Manifeſte apparet ꝙ nō
loquitur de regno tēpali ſed eterno et celeſti. Et vere fides ma-
gna. qꝛ confitebatꝛ illius regnū eſſe celeſte et eternū: quē ſecum
vidit mirabiliter morientem et quem petrus negauerat videns
ipm ſepiſſime miracula fatiētem. Ideoq̄ latro meruit audire a
dño illud totius amoris et gratie verbū videlicet. Amen dico
tibi. quia hodie mecū eris in paradiſo. Mox em̄ vt dñs expi-
rauit ipſe ſm aīam ad inferos deſcendit: et eadem die etiā aīa
latronis illuc peruenit. et facta eſt ꝑticeps illius beatifice frui-
tionis criſti cū ſanctis patribus in limbo vt ſic ſotiaretur ei in
gloria quā deſiderabat dum eſſet adhuc in pena. O homo ex-
emplo latronis te ad dominū deū tuum cōuerte: in vera fide:
ſpe firma. caritateq̄ ꝑfecta. Hic ſta et cōtemplare domini boni
tatem: q̄ pius et dulcis eſt hieſus qui tam cito ꝓmittit: ⁊ plus
dat q̄ petitur. Quis em̄ deſperabit de tam pio exauditore: de
tam celeri ꝓmiſſiōe: et de tam largo datore. Certe nullus: qui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſaltem peccata ſicut hic latro vult deteſtari. et ſe ad dominum toto corde cõuertere. Et dic deuota mente. O mi deus ego em̃ miſer et miſerabilis et infernali ſupplicio dignus. Cõuerto me ad te et rogo te. vt memor ſis mei in tua miſericordia. Latro em̃ ſum magnus et peſſimus. qui me et alios multos occidi in anima. qui nũc in celo regnãs. miſertus fuiſti latroni adhuc in infirmitate carnis in cruce pendẽs. Et dic mihi benigniſſime ihesu. Hodie. i. in preſenti vita eris mecũ in paradiſo. i. in mea gracia. Et in futuro mecũ in gloria. Et hoc de ſecũdo verbo.

## Tertium Verbum.

t Ercium verbũ ſcribit beatus Johannes. Et eſt illud Mulier ecce filius tuus. Et ad diſcipulũ. Ecce mater tua. Hic contemplare quomodo mater filio aſſiſtebat cum ineſtimabili triſtitia ſup̱ tam mirabili cõtricione vnici et naturalis filij ſui. quem diuinitus cõcepit. miraculoſe genuit. ⁊ inenarrabili amore dilexit. cum ita iuxta crucẽ ſtaret. et illam carnem ihesu ſanctiſſimã quam tam caſte cõcepit. tam dulciter aluit. et tam crebro amplexata et oſculata fuit: duris clauis affixam: et ibi tribus horꝫ in patibulo pendẽtem atrociſſime cruciari vidit Sic deuotiſſime cõtemplare quomõ dominus in cruce diſtẽtus. et in vltimo iam ſpiritu cõſtitutus. cum nullum ſuoꝝ membroꝝ iam liberum haberet viſum oculis ⁊ lingua exceptis. De vtroqꝫ illoꝝ matri ſeruire dignatus eſt. reſpiciẽdo videlicet ⁊ alloquẽdo vt ꝑfecto indicaret ꝙ ipſe eam in ſuo geſtaret corde iam de mundo exiens: quẽ illa in ſuo ſuſcepit corpore intrãtem in mundũ. Extrema em̃ viſio amicorũ morientium cordis intima valde ſolet infigere. Dicunt enim. Si oĩm que circa me geſſit amicus meus poſſeꝫ obliuiſci: tñ illius aſpectus quo me tam fideliter eſt intuitus et mihi intime locutus: cum iam cito exaltaret ſpiritũ: obliuiſci non poſſum. Si ergo fratres cariſſimi mater dei et mater noſtra viſionẽ illam quaſi ſagittam ſemp̱ in corde geſtauerat: quõ nos eius matris adoptiui filij ⁊ fratres domini crucifixi mẽorandam illam viſionem obliuioni tradamus. Nam criſtus reginã celi ipſi Johanni in matrẽ dedit. Et in hoc ꝙ ãmodo alterũ xp̄m pro ſe ꝯſtituit et celeſtis regni conſortẽ fecit ⁊ ſic honorauit. in quo facto nobis

peccatoribus inſinuauit q̄ ad ipam habere debeamus ſpem ⁊ fiduciam. q: non eſt credendū q̄ dn̄s iſto priuilegio ſolūmodo iohannem honorauit. quaſi ipſe ſolus marie filius ſit adoptiu⁹ ymmo et nos omēs eſſe poſſumus ſi volumus: nec em̄ falſe clamant fideles dicentes. O mater et dn̄a noſtra ora pro nobis Reuolue em̄ textum huius ſacri euangelij et ꝓprium nomen eius cui maria in matrem eius ſignat. Hic nuſq̄ inuenies. ſed ꝑ quandam circūlocutionē deſcribit. que etiam alijs q̄ iohanni poteſt cōuenire. hanc ſpirituſancto dictāte. Et quicunq̄ cū iohanne deſcriptōis particeps fuerit: cum iohanne quaſi marie filius erit: et eſt iſta. Diſcipulū ſtantem iuxta crucem quē diligebat hieſus. Juxta crucem ſtat diſcipulus qn̄ domini paſſionē et matris eius compaſſionē ſedula memorat. Sed tūc hieſus diſcipulū diligit qn̄ ab eo diligitur. ſicut ſalomon in ꝑſona ſua ait. Ego diligētes me diligā. Certe de iſto dicit criſtus ad matrem. Ecce filius tuus. Nos ergo fratres cariſſimi ſumus iuxta crucē ſtantes diſcipuli quos diligit hieſus. vt ſic vnuſquiſq̄ noſtrū audire mereatur a hieſu illud dulce verbū. Ecce mater tua. O verbum omni acceptione dignū: ſi maria eſt mater tua ergo hieſus eſt frater tuus: ergo pater eius eſt pater tuus. ergo regnū eſt hereditas tua. Ecce mater tua: ergo gratia marie eſt theſaurus tuus: matres em̄ theſauriſant filijs ſuis. Ecce mater tua. Cui omnis neceſſitas tua vſq̄ ad cor eius aſcēdit. Cōmota ſunt quippe viſcera eius ſuꝑ filio ſuo. Ecce mater tua ergo dilige illam et venerare tanq̄ vbiq̄ preſentem. nec amplius expecta: ſed ab hac hora accipe eam in tuā deuotionem et famulationem: et ipſa tandem te aſſumet in ſuā gloriam vbi regnat cum filio naturali hieſu criſto ad quē deuote ſic ora ⁊ dic

¶ Dn̄e hieſu criſte qui materne paſſioni compatiēs eam dilecto tuo diſcipulo cōmendare voluiſti: tibi hodie cōmendo animam meam et corpus meū in illa fide et dilectione qua tu matrem virginem: virgini cōmendaſti.

## Quartum Verbum.

Quartum verbum ſcribunt Matheus et Marcus: et eſt illō. Deus deus meus vt quid dereliquiſti me. Hic
q contemplare q̄ dominus in cruce hoc verbum voce

magna ꝑtulit: non ex impaciētia aliqua. q2 omnino nullam habuit. Sed magnitudinē ſui doloris quē ꝑ nobis ſuſtinuit oſtēdit. Et iſta derelictio nō eſt referenda ad ſolucionē vnionis pſonalis. ita ꝙ tunc humanitas fuiſſet diuiſa a diuinitate. Cum ipſe dicat Joh. viij. Deus nō relinquit me ſolum. Ex quo habebo ꝙ nunꝗ̄ deſinebat eſſe deus. ſiue anima cōiuncta fuerit corpi. ſiue ab eo ſepata. Nam aīa illa ſepata a corpe deus erat. corpus mortuū deus erat. ſ referēda eſt illa derelictio ad hoc ꝙ diuinitas expoſuit illā hūanitatem ſine defenſione ac ꝓtectione diuinitatis ac ſi nō fuiſſet ei vnita Caſſiodo. dicit. Reuera manibus impioꝝ tradi non poterat niſi deitas talia fieri permiſiſſet. Ex quibus patet ꝙ paſſio Chriſti oīm martirꝝ paſſionū fuit grauiſſima. Martires eñ quāto duriora paſſi ſūt exterius. tāto magis illis deus aſtitit cōſolans et cōfortās interius Unde Pſal. Cum ipſo ſum in tribulatōe. Uñ beatus Laurēcius dum ſup cratem aſſatus iaceret dixit. Carbones iſti mihi refrigeriū pſtant. q2 cōſolatio diuina interius atq3 ignis diuinus in corde ipſius tā magnus fuit. ꝙ ignem materialē ſub craticula quaſi ꝑ nihilo reputauit. q2 motus maiores expellūt minores ¶ Per talē igit̄ cōſolacionem diuinā cōſolatus eſt deus omēs martires in ſuis magnis tormentꝭ qđ ſi nō feciſſet multi defeciſſent. Sed ipē figmentū noſtrū cognoſcit q2 caro ſumus et puluis. Sic lic3 aīa chriſti fuerit ſemꝑ beata. ex cuius beatitudinis cōſolacione abſorberi poſſit omnis dolor. Sic tñ nō eſt factū. Sed relicta eſt illa hūanitas totaliter paſſioni quaſi nō eſſet vnita deitati. Et fuit maior pena omnibus alijs penis. Et pt̄ dici pena penaꝝ. q2 ſine illa nulla fuiſſet pena. Jmmo ſi omnes penas huius mūdi et oīm damnatoꝝ in ſuo corpe ꝑtuliſſet. mox deitas abſorbuiſſet. tanꝗ̄ ſcintillā vnam. totum mare. Et hoc eſt qđ dicit beatus Augu. Mallē eſſe cū deo in ꝓfundo inferni ꝗ̄ ſine eo in celo. Noluit eñ Chriſtus in oībus penis ſuis capere aliquod refrigeriū a deitate. Quia non ficte vel apparenter pati voluit Sed veriſſime et effectualiter. Quapropter virum deuotum decet hic altius et profundius ſpeculari de magnitudine et acerbitate crudeliſſime paſſionis Jheſu criſti et eius morte. Dic ergo in deuocione cordis tui. Domine Jeſu Chriſte qui pro ſalute humana pendens in cruce voce

magna clamaſti. Hely hely lamaſabathani. Hoc eſt. Deus me us deus meus vt quid dereliquiſti me. Da mihi in omni tri bulatione ⁊ anguſtia mea voce magna cordis mei ad te clama re. ne tu me patiaris veluta tua miſericordia derelictum repro bari. Et hec de quarto verbo.

# Quintum Verbum.

Quintum verbũ ſcribit beatus Johannes dicẽs. Vi dens hieſus qꝛ omnia conſumata ſunt vt etiã impleretur ſcriptura pſal. lxviij. Ubi dicit ꝓpheta. In ſiti mea potauerũt me aceto: dicens quintum verbum videlicet. Sitio Corpus em̃ criſti exicatũ et aduſtum erat: ꝓpter quod dicebat ꝓpheta. Aruit tanꝗ̃ teſta virtus mea. qꝛ humor in criſti corpe per ſudorem ſanguineũ quaſi totaliter exhauſtus fuit. ſimiliter in flagellatiõe: in coronatiõe: manuũ et pedum confixiõe. Sꝫ criſto ſic clamanti: ſitio. Crucifixores dabant ei bibere vinum acetoſum mirratũ cum felle mixtum. implentes ſpongiã predi ctis ad inuicem diſtemperatis. ¶ Cõtemplare hic diligenter quis iſte potus fuerit quo creator a ſuis potaꝛ creaturis: vere mortiferus et infernalis. Quis vnꝗ̃ poſſet ſuffitiẽter excogita re crudelitatẽ illorum peſſimorũ virorum qui talem potũ mi ſerrimo homini in penis maximis ꝯſtituto potuerũt deputare O iudeorũ malitia ſuper oẽm malitiam: et domini patiẽtia ſu per oẽm patientiam. ¶ Eſt tñ firmiter credendũ ꝙ dñs noſter hieſus criſtus pendens in cruce nõ dixerit: ſitio. ad potandum potum corpalem. qꝛ ſciebat ſe iam corporaliter moriturũ: ⁊ etiã alias quaſi infirmitates et magnas penas patiebaꝛ ꝗ̃ ſitim. Sed quem potũ ſitiebat fons ſalutaris et torrens voluptatis non vtiqꝫ ſenſibilem: ſed ſitiebat noſtrã ſalutem vt ſaturemus viceuerſa ipm̃ deum viuũ. Hinc eſt ꝙ beatus Bern. ait. Tm̃ me dilexiſti bone hieſu ꝙ immemor fuiſti tui doloris et nõ fu iſti immemor mee ſalutis. In cruce em̃ dixiſti: Sitio. ⁊ nõ do leo: de cruce taces et de ſiti clamas. O portꝫ vtiqꝫ ꝙ talis ſitis ſit valde mirabilis atqꝫ magna. immo ſic eſt. Ait em̃ dominus et ſi non verbis re tñ dicens. Plus em̃ animarum veſtrarũ ſa lus ꝗ̃ corporis mei crutiatus me vrget: etiã tam magna eſt ꝙ in me ceſſauit pena crucꝫ: ſed in me adhuc durat illa ſitis. Naꝫ

adbuc quotidie clamo de celis Sitio. Nec vnq̄ꝫ in me extin-
guetur. quia ſalutem veſtram ſitio ſemꝑ et deſidero. Unde val-
de ruſticanus eſt et induratus qui criſto diu pro ſalute ſua ſiti-
enti potū negat: potum videlicet gratiarū actionis: potum con-
templationis et deuotionis: potū emendationis et profectus.
Dic ergo in dolore cordis tui. O dn̄e bieſu criſte qui noſtram
ſalutem ſitiens aceto et vino mirrato cū felle mixto potari vo-
luiſti fac me vinū deuotionis cum mirra carnis mortificatōis
ac felle compunctōis tibi digne offerre: acetum aūt infidelitatis
et ſcandali nequaq̄ꝫ bibere et guſtare.

## Sextum Verbum.

Extum verbum ſcribit nobis Lucas dicens. Pater
ſ in manus tuas cōmendo ſpiritum meum. Quod ver-
bum dixit in extremis dans nobis de hoc ſeculo mi-
grantes exemplū. Quamuis em̄ ſciret animam ſuā patri ſum-
me eſſe recōmendatam. hoc dixit ad noſtram eruditionem. Ex
quo em̄ ipſe qui peccatū nullum habebat et qui noſtra crimia
tollere venit: patri ſic ſuam animam cōmendauit. quāto magis
nos in quibus princeps mundi huius iniquus multa que ad
ipſum pertinent inuenit: manibus omnipotētis dei ſpiritū no-
ſtrum debemus cūmendare. ne in eius exitu a dyabolo cōpre-
hendatur. Fecit aūt hec dominus poſt perfectū et totale teſta-
mentum ſuum iterum ad eruditionez noſtram. Nam moriens
ſaluator teſtamentū ſuum ſic diſpoſuit ꝙ ſibi de omnibus que
habuit nihil retinuit. Primo em̄ temporalia tanq̄ꝫ viliora iam
dudum cōmiſerat iude traditori: eccleſiam petro zelatori. cor-
pus ſuum in ſacramēto diſcipulis ſuis dedit: et diſcipulos ſu-
os deo patri cōmendauit: veſtes ſuas militibus dimiſit: corpꝰ
ſuuꝫ mortale crucifixoribus: et matrem ſuam virginem diſcipu-
lo virgini reliquit. et poſt hec omnia deo patri ſpiritum ſuum
cōmendauit. Ecce forma tranſmigrandi de hoc ſeculo quam
nobis reliquit et in cruce cōfirmauit. Ex quo patet ſi quis ſpi-
ritum ſuum ſalubriter vult cōmendare debet ſe prius ab om-
nibus diligenter expedire que ſibi fuerunt a deo recōmendata
Et ſic poſt criſtum nudus egrediatur ſemetipm ſpolians non
ſolum habitis que ſecū educere non poteſt ſed etiam habendi

affectum:et dicat deuota mente. O domine iheſu criſte qui in
cruce moriens animam patri cõmendaſti. Da mihi in hac vita
ſpiritualiter ſic cõmori. quatenus tu in hora mortis mee aīam
meam miſeram tibi digneris habere recõmendatam. O deus
pater fac vt in obitu meo tibi ꝑfecte et libere poſſim dicere. Pa
ter in manus tuas cõmendo ſpm̄ meum. Recipe me venientem
ad te qui nūc ↄſtituiſti terminū vite mee quē nõ potero p̄terire.

## Septimum Verbum.

Eptimū verbum ſcribit beatus iohannes et eſt illud.
Conſumatū eſt. Hic contemplare quomō deus nimia
caritate nos dilexit: qui nullo indigens omnia ꝓpter
ſe fecit et omīa homini ſubiecit. et poſtq̃ homo omīa peccan
do perdidit: deus eum perdere noluit. ſed legiſlatorem ſuper
eum cõſtituit et per ꝓphetas diligenter inſtructus tandem ꝑſo
naliter venit et carnis noſtre vilitatē humiliter induit. Et poſt
exempla ꝑfectiſſime caritatis et ſanctitatis: poſt verba ſcientie
ſalutaris, i. poſt miracula potētie ſingularis omnibus bn̄fatiēs
pro omnibus mala patiens: ne nos eterna morte moreremur.
ipſe pro nobis mortuus eſt: et que non rapuit tunc exſoluebat
Deinde contēplare qualiter dominus et deus tuus amantiſſi
mus mori appropinquās incepit oculos deprimere. palleſcere
et dicere vltimū verbum videlicet. Conſumatum eſt. Suple
opus redemptōis humani generis ꝑfectiſſime. et quicquid de
me ꝓphetatum eſt: aut quicquid pro redemptione humani ge
neris facere debui feci: et vſqꝫ in finem conſumaui. Omnia eñ
feci que bonus medicus pro amico ſuo cariſſimo et infirmo fa
cere conſueuit. Qui primo dietas taxat. Secundo ſudorē pro
curat. Tertio minutionem facit. Quarto potionem offert. vi
delicet mirratum vinum et acetoſum cum felle mixtū. Tēpus
ergo eſt vt reuertar ad eū qui me miſit et vnde veni. Ecce quō
caput noſtrum pro delictis noſtris acerbitatem ſuſtinuit paſſi
onis. quam vſqꝫ ad conſumationem omniū ſcripturarum que
de eius paſſione erant ſcripte tollerauit patiētiſſime. Jta et nos
ſi huius capitis membra eſſe volumus: tunc in omnibus labo
ribus et aduerſitatibus noſtris virtutē patientie ſeruemus: vt
ad noſtrum ꝑuenīemus finem: recipere mereamur ab eo ſplen

dorem quē nullus adipiſci poterit niſi qui in bonis operibus vſq3 in finem pſeuerauerit. Dic ergo in deuotione cordis tui: O domine hieſu criſte qui conſumationē totius paſſionis tue in vna ſumma deo patri offerens dixiſti. Conſumatu3 eſt. Da mihi omnia per me te operante bene acta et paſſa. ad tuā laudem conſumere: ⁊ conſumata per te deo patri dignāter offerre Et hec de verbo ſeptimo et vltimo.

## Alia Contemplatio de penali expiratione domini noſtri hieſu cripi Feria quarta.

c Ontemplare deuota mente penalem expirationem domini noſtri hieſu criſti. Circa quam conſidera quatuor. ¶ Primo quia tals expiratio facta eſt capite inclinato. ¶ Secundo quia facta eſt plorando. ¶ Tertio quia facta eſt cum clamore valido. ¶ Quarto quia mox eius anima deitati vnita ad inferos deſcendit. ¶ De primo contēplare. q2 caput ſuum duplici de cauſa inclinauit. Primo dans nobis ſignum pacis et reconciliationis cum deo patre per ſuam mortem. Nam mult3 annis diſcordia fuit inter deum et genus humanum propter peccatum primorum parentum. Sed ipſe filius perſona media in trinitate: ſe mediatorem inter deum patrem et nos poſuit et ip̄m nobis per ſuam amariſſimā paſſiōe3 benignū et placabilem fecit. Et in ſignū huius inclinauit ſe ad nos in ara crucis quaſi nobis dans oſculum reconciliationis et pacis. Et hoc eſt quod Bern. ait. Reſpice fidelis anima criſtum in cruce pendentem. Reſpice capitis inclinationem ad reconciliationis oſculum: brachiorum extenſionem ad amplexū lateris aperitionem ad pretium: membrorum extenſionem ad remedium. ¶ Secundo emiſit ſpiritum inclinato capite pre nimia paupertate. que eſt in via per quā itur ad aſtra. Unde dixit dn̄s in euangelio. Beati paupes ſpiritu qm̄ ipſorum eſt regnū celorū. Nam in magna pauptate hieſus xp̄s eſt natus: In maiori pauptate et aduerſitate vixit in hoc mūdo. Sed in extremo per maximā pauptatem et miſeriā exiuit de hoc ſeculo. Unde bene poterat illud dicere Job. Nudus egreſſus ſum de vtero matris mee: nudus et dilaceratus et miſerijs plenus reuertar illuc. ¶ Secūdo contemplare q2 criſtus tradidit ſpiritū flendo

# Capitulum vicesimum.

Nam in ipſo ſemꝑ fuit maioꝛ cõpaſſio ꝙ̃ paſſio. Et ideo nunꝙ̃
legitur fleuiſſe ꝓpter ſuam paſſionẽ. ſed cõpaſſiue pluries. Nã
quater legitur fleuiſſe hic vltimo et ſꝑ compaſſiue. Sed quare
fleuiſti O bone hieſu ait deuotus Bernh. Cum pocius erat
gaudendum ꝙ̃ flendum. cum operabaris ſalutem in medio ter
re. affigens peccata noſtra cruci. damnans diabolum et ſal
uans nos a moꝛte eterna. Fleuit dominus in cruce ex magna
compaſſione. conſiderans. quia paſſio ſua ſufficeret ad redem
ptionem oĩm hominũ. Sed tamen effecit redemptionem pau
coꝝ reſpectu damnatoꝝ. Et hoc eſt qͦd dixit Chꝛiſtus in cõſe
cratõe ſui ſanguinis: vt patz. Hic eſt ſanguis qui ꝓ multꝫ effun
detꝛ Qui ſanguis nõ fuit effuſus ꝓ oĩbus quantũ ad efficatiam
Et hoc cõqueritur per Jere. dicens. Jnuanũ laboꝛaui videlicꝫ
ꝙ tantam recõpenſam ⁊ ſatiſfactionem ꝓ peccatis noſtris fecit
que eciam racione doloꝛis et valoꝛis mille mũdos liberaſſet.
et ꝙ adhuc tam paucos liberauit. Hinc eſt ꝙ alibi dicit ꝑ Je
remiam ꝓphetã. Aſpexi terrã et ecce vacua erat. et celos et non
erat lux in eis. Ac ſi dicat. Aſpexi terraꝫ. i. terrenos hoĩes. et ſtꝫ
vacui a cõſideracione meaꝝ penaꝝ. Nec ſolum illos. ſed etiã ce
los. i. bonos aſpexi. qui celeſtem deberẽt habere vitam. et non
eſt eis lux. videlicꝫ cognicionis ad habẽdã memoꝛiã mee paſſi
onis. Et ideo Chꝛiſtꝰ clamat ad nos ꝑ beatũ Chꝛiſ. dicens
Ego ꝓpter vos ſum homo factus. ꝓpter vos aligatꝰ et deluſus
ceſus et crucifixus. Vbi eſt tantaꝝ iniuriarum meaꝝ fructus.
Vbi eſt precium ſanguinis. quem effudi pꝛo veſtra redempti
one. O homo ſuper gloꝛiam meam te dilexi apparens homo
ſuper terram. moꝛtem turpiſſimam ꝓpter te ſuſtinui. Vbi eſt
tante caritatis mee retributio. Et tu reſpondebis ei in ſpiritu
dicens. Certe domine hieſu chꝛiſte in emendacione vite mee
eſt tua retributio. Scd̃m quod ſeruus tuus beatus Bernh.
ait. Penitentia mea o bone hieſu eſt cibus tuus quo veſceris
Et lachꝛime contritionis mee ſunt potus tuus quo potaris.
Miſcebo inſuper lac matris mee cum ſauguine tuo. et faciam
tibi optimum deuocionis et contemplationis ſalſamentum et
dicam. ¶ O domine hieſu chꝛiſte qui in ara crucis omnes ho
mines. inquibus tua amariſſima fruſtraretur paſſio perfecte
cognouiſti. Et eoſdem tunc mi domine accerbiſſime fleuiſti.

Da mihi queſo per graciam tuam in meis factis dictis et cogitatis te nunq̄ offendere. Sed ſemp̄ tuam turpiſſimā mortē. et omnia alia beneficia a te collata pre oculis mentis cunctis temporibus tenere. Quatenus recordationis ſanctiſſime paſſionis tue ſpiritus meus feruore deuocionis accēſus amariſſimas lacbrimas in cōſpectu tuo cōpatiendo tibi effundat vt nō ſim vnus quoꝝ damnacionē tu in cruce deploraſti ¶ Tercio contemplare. qꝛ cū clamore valido expirauit. Mirabile tamen videt̄ qui iam in vltimo cōſtitutus eſt et qui vix pre tormentis potuit os aperire et liguam mouere dicit̄ clamaſſe valide. Cū etiam ꝓpheta dicat de eo. Rauce facte ſtꝫ fauces mee. Hic dicit Gloſa. Nos cum nulla voce morimur qui de terra ſumus. Ille aūt morit̄ voce exaltata qui de celo deſcendit. et qui ꝓpria autoritate ſpiritū ſuum tradidit qđ ſoli homini deo conuenit. Iſtum clamorem celū audiuit. et omnes angeloꝝ chori ſtꝫ turbati. Et hoc ſol qui ſe habet vt celi oculus demōſtrauit qui per eius eccliſim ſupnaturalem nobis tanq̄ ſi fleret apparuit. et illa omnium angeloꝝ deplāgeret turbationem et ſui creatoris mortem. Et ſic tenebre facte ſtꝫ in vniuerſa terra. qꝛ dominus lucis mortem paciebat̄ amaram. Et ille tenebre tribus horis durauerūt. videlicꝫ a ſexta vſq̄ ad nonā. quia tam diu domin⁹ viuus pēdebat in cruce. Et etiam tam diu fuit Adam in paradiſo. Item iſtū clamorem audiuit templū et velum ipſius ſciſſum eſt a ſummo vſq̄ deorſum. quod vtiq̄ humanitus nō eſt factum. ſed per dei angelū. Unde ſi iudei nō fuiſſent mente excecati et corde indurati habuiſſent vtiq̄ materiam magne ammiracionis et timoris ſe ad chriſtum cōuertendi. O duri et indurati iudei vos ſemp̄ deo recalcitraſtis. Notū ſit vobis omnibus ꝙ per talem templi ſciſionem Danielis ꝓphecia eſt adimpleta. qui longe ante ꝓphetauit nobis dicens. Cum venerit ſanctus ſanctoꝝ. id eſt meſſias verus Chriſtus deus et homo. tunc ceſſabit vnctio veſtra. Et ecce venit et in medio veſtrum cōuerſatus eſt. ſed tanq̄ abortiuum qui ꝓicitur a matre. ſic proieciſtis eum extra ciuitatem Iheruſalem in locum caluarie occidendo ipſum crudeliſſime. Et ideo in morte eius hoc velum magnum et p̄cioſum eſt ſciſſum. ad deſignandum quia ſcidit a vobis omnem vnctionē regum. videlicꝫ ſummoꝝ pontificum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et ꝓphetaꝝ de quibus habuiſtis omnē honorem veſtrū. quo niā oleo ſanctificationis vngebanẗ iſta tria genera hoīm. Iſta oīa abſtulit ab eis deus. Et adhuc incredulus manet iudeus. Item iſtū clamorē audiuit terra et ꝯtremuit. Nā crucē in qua creator eius ſuſpēſus fuit grauiter ſuſtinuit: oſtendēs ſe paratū eſſe omnes crucifixores eiꝰ viuos deglutire. Sicut Dathā et Abiron abſorpti ſꝫ qui multo minus ꝙ̄ iſti peccauerūt Sed pietas pendentꝭ in cruce terrā hoc facere nō ꝑmiſit qꝛ reddere malum ꝑ malo noluit. immo paulo an̄ patrem celeſtē pro eis exorauit dicēs. Pater ignoſce illis ꝛc̄. Iſtū clamorē audierunt petre et ſaxe ſꝫ in maximā noſtram cōfuſionem et cordis no ſtri duriciā. qꝛ ille creature inſenſibiles et inanimate ꝑ quibus Chriſtus nō eſt paſſus ſibi in eius morte cōpaciebanẗ. Et nos miſeri hoīes creature eius racionales pro q̄bus filius dei eſt paſſus corda noſtra lapidea ad cōpaciendum ſibi emollire non poſſumus. immo et duriora ſꝫ adamante. qui tn̄ a calidi hirci frangiẗ ſanguine. Item iſtū clamorē audierūt ſepulchra mortu oꝝ et apta ſꝫ. In cuius ſignū debemus corda noſtra aperire et mūdare per purā et integrā cōfeſſionem cōtricionem et ſatiſ factionē ne in cōſpectu dei fetidiores ſimus ſepulchris mortuo rum. Vn̄ Bern. qui ad Chriſti fletuꝫ non turbaẗ. qui ad eius clamorē nō excitaẗ. qui ad eius mortē non cōcutitur. grauior eſt terra: durior petra: fetidior ſepulchro. Compaſſio em̄ illarum creaturarū inſenſibiliū videlicet ſolis: terre: petrarum ac ſepul chrorū magnam nobis preſtat materiā ꝯtemplandi cordis no ſtri duritiam in confuſionē noſtram qꝛ ille creature nos debēt ꝓcellere in noſtri redēptoris compaſſione. Qua ꝓpter ipſe cre ature nos in extremo iuditio de ingratitudinis vitio et dei be nefitiorū obliuione crudeliter accuſabūt. ¶ Quarto et vltimo cōtemplare quomō criſtus dum expirauit mox eius aīa dei tate vnita ad inferos deſcendit. Cumqꝫ tenebrarum terminū quaſi quidaꝫ depredator ſplendidius et terribilis attigiſſet. aſpi cientes eum tartaree legiones ac infernorū ianitores ceperūt inquirere. Quis nancꝫ eſt iſte tam terribilis: tam fortis ꝛ ꝓcla rus ꝛ niueo ſplendore coruſcans. Nam mundus qui nobis eſt ſubiectus nuncꝙ̄ talem nobis mortuū miſit. Quis eſt ergo iſte qui fines noſtros tam increpide ingrediẗ: et non ſolum noſtra

ſupplitia non veretur ſed etiã alios a vinculis ſoluere conatur
O nunq̃ȝ talem noſter ſuſcepit infernus. Jnuaſor eſt iſte non
debitor. Certe videmus iudicem nõ ſupplicem. venit nobiſcum
pugnare ſed nõ ſuccumbere: eripere et nõ manere. Ubi nanqȝ
putatis noſtri principes fuerũt dum bellator iſte clauſtra nr̃a
vexabat. Jſte ſi reus eſſet tam audax nõ eſſet. Nam ſi deus q̇d
tunc corpus eius in patibulo crucis facit. ſi vero homo eſt cur
intantũ preſumit. ſed vere deus et homo eſt. Heu q̃ȝ miſerabili
ter per iſtũ hieſum nazarenũ decepti ſumus. Heu quõ perit po
teſtas noſtra cũctis populis ſemper formidanda. Poſt iſtas
cruentarũ beſtiarũ voces mox in ipſos aciem dirigit per ange
los ſuos qui eum cõmitabant̃ dicens. Tollite portas princi-
pes veſtras et eleuamini porte eternales ⁊ introibit rex glorie
Quo ↄtra ipſi crudelibus vocibus intonant. Quis eſt iſte rex
glorie. Cõtra aiunt angeli. Dñs fortis et potens: dñs potens
in prelio. Dominus virtutũ ipſe eſt rex glorie. Tunc ad impe-
riũ domini oẽs porte ſunt confracte: et introiuit dñs cũ multi
tudine angelorũ ad limbũ ſanctorũ patruȝ qui mox genubus
eius ꝓuoluti iocunda voce dicebant. Aduenisti deſiderabilis
quẽ expectabamus in tenebris. Deſcẽdiſti ꝓ nobis ad inferos
noli de nobis eſſe cũ reuerſus fueris ad ſuperos. Hinc con-
templare deuote quantã leticiam ſancti patres cum dño et an
gelis eius in limbo vſqȝ in diem reſurrectõis habuerũt. Dic er
go in magna deuotiõe et cordis tui cõtritione. ¶ O dñe hieſu Oratio
criſte infunde obſecro mihi peccatori multitudinẽ tue caritatꝫ
vt nihil terrenũ: nihil carnale deſiderem: ſed te ſolum ſuꝑ omĩa
diligam vt penitus renuat cõſolari anima mea niſi in te deo
meo dulciſſimo. Scribe digito tuo in tabulis cordis mei me
moriam eorũ que pro me pertuliſti nulla vnqȝ obliuione delen
da vt ea ſempꝛ pre oculis habeã ⁊ delecter. nõ ſolũ illa cogitare
ſed etiã ſi neceſſe fuerit pro modulo meo tollerare. et dulceſcat
mihi nõ ſolũ tibi ex oĩbus virib⁹ obſequi. ſed etiã ꝓpter te cõtu
melijs affici aut certe morte turpiſſima ſi neceſſe fuerit ↄdẽnari

## Alia cõtemplatio de maxima

caritate quam nobis deus oſtendit in nobiliſſimo eucariſtie ſa
cramento. Feria quinta.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Capitulum vicesimum.

Caro mea vere eſt cibus. Et ſanguis meus vere eſt po
c tus. Qua ꝑpter amantiſſime anime que creditis in me.
Uenite comedite panem meum. et bibite vinum. id eſt
ſanguinem meum qđ miſcui vobis. Hic cõtemplare in deuo
tione cordis tui et dic intra teipſum: Quis ſum ego vt mandu
cem dominū meum cum tñ Aug. dicat. ꝙ peccator non eſt di
gnus pane materiali et cuꝫ ſciam me eſſe peccatorem indignū
quomodo auſus ſum manducare panem angelorum qui deus
meus eſt. Deinde contemplare ſi piam et humilem habes ani
mam qualiter Johãnes baptiſta oculos apertos habuit ad ip
ſum criſtum qui tractatur in hoc ſacramẽto. qui licet ſanctiſſi
mus hominū eſſet et tam purus ꝙ inter natos mulierum ſan
ctior eo non ſurrexit. tamen ad ſoluendū ſuorum corrigiā cal
tiamentorū ⁊ ad tangendū eius verticem indignū ſe reputauit
Unde ſcriptum eſt. Baptiſta tremuit et nõ audet tangere ſan
ctum domini verticem. de quo Hiero. O iohannes quem che
rubin et ſeraphin vix audent inſpicere tu audes tangere: Sic
ſimili modo cuilibet celebrãti vel ꝯmunicanti poteſt dici. O ſa
cerdos quem cherubin ⁊ ſeraphin vix audent inſpicere eundẽ
tu audes tractare et mãducare. ſic dic in deuotõe magna men
tis tue cum beato Hiero. qui in extremis ſuis cū ſibi corpus
criſti portabatꝛ dixit. Tu es deus meus qui pro me paſſus es.
Cur te dñe intantum humilias vt patiaris ad hominẽ deſcen
dere publicanū et peccatorem et non ſolum vis cū illo mandu
care ſed teipm̄ ab ipſo manducari iubes. non ſum dñe dignus
vt intres ſub tectum meū. Huius rationẽ ponit beatus Aug.
dicens. Horreſcit infernus: cõtremiſcit dyabolus: ſtupet terra
reueretur ꝙ̄ plurimū angelica celſitudo: ꝙ idem creator qui cre
auit te ſine te: ſi phas eſt dicere creatur mediãte te. O mi deus
ꝙ̄ magna ſunt iſta opera. O ꝙ̄ gratus fuiſſem ſi aliqñ guttam
vnam tam pretioſi ſanguinis de dilecti mei corpore apertꝫ vul
neribus in os meū recipere meruiſſem. Nunc aūt diligẽtiſſima
conſideratiõe incipio aduertere ꝙ non ſolum vnã guttam aut
duas recipio: quinymo totū ſanguinem ipſius pluries ſumpſi:
et corpus eius corpori meo ſepius ſotiatū eſt ⁊ etiam cõiunctū
O gaudium ⁊ exultatio mea immenſa de tam ineffabili gratia
mihi preſtita. Bene itaqꝫ appellatur hoc ſacramentū eucariſtie

ld eſt ſacramentū amoris et dilectionis.qm̄ eſt coniunctio di
lecti cum dilecto familiar.Quid ergo amplius ſcire vis o aīa
mea;quid amplius requiris aut deſideras de tuo dilecto. Cer
tiſſime et abſq̧ omni dubitatiōe ip̄m in hoc ſacramēto habes
principaliter q̄uis inuiſibiliter.O cum quāta formidine meri
to accedendū eſt ad hoc ſacramentu ſanctiſſimū ne forte hoc
qđ tibi cedere deberet ad veniam cedat tibi ad ruinam. Certe
omnes veteris teſtamenti ſacerdotes non tm̄ dereliquerunt in
corū ſacrifitijs ſicut vnus ſacerdos noui teſtamēti in vna miſ
ſa poterit peccare. Cuius hec eſt ratio.q illi in ſacrifitijs coꝝ
mactauerūt vaccas:vitulos:hircos ⁊c̄. Nos aūt verū deum et
hominem marie filiū immolamus hieſum xp̄m.O quanta eſt
diſtantia inter iſta ſacrifitia videlicet veteris et noui teſtamēti
ymmo tanta quāta eſt inter creaturam rōnalem et deum ⁊ ho
minem hieſum criſtū.Ach quid dicam ego miſerabilis.q nec
inuenio in toto mundo in quo plus offendat deus et tam fre
quentius ſicut in hoc ſacramēto ab indigne ſumētibus.Unde
ait aplūs.Quicunq̧ māducauerit hunc panem vel biberit cali
cem domini indigne reus erit corporis et ſanguinis domini:⁊
hoc exponit beatus Ambro.dicens.Qui indigne criſtū ſumit
idem eſt acſi ip̄m interficeret.Aug.ait.Indignus ſacerdos vt
eſt ꝯcubinarius:ſimoniacus:ꝓprietarius:ebrioſus ⁊c̄.quot ver
ba in canone recitat totiens in fatiem ſaluatoris ſpuit:dum il
lum leuat tunc impio pugno verberat.dum diuidit crucifigit:
dum vero ſumit in cloacam immūdiſſimi ⁊ indigniſſimi corporis
ſui proicit.Hec ille.Qua ꝓpter Scotus dicit.Miſſa boni ſa
cerdotis infinite melior eſt q̄ miſſa mali ſacerdotis:q̄uis ſacri
fitiū vtrolibet ſit equale.Ob hoc audi beatū Aug.dicētē.Mal
lem ſuſtinere penam herodis:cayphe ⁊c̄.vt ſup̄ habuiſti.Sed
miſer quid dicam.Ecce tot ſimoniaci inter p̄ſpiteros ſeclares
et canonicos:tot ꝓprietarij inter clauſtrales:tot cōcubinarij in
ter paſtores:quorum nō eſt numerus. De alijs taceo peccatis
multiplicibus,quibus ſacer ordo clericoꝝ obfuſcatur.Horren
dum eſt igitur ad ſacerdotium conuolare niſi quis velit caſte et
ſancte viuere quod fecerunt antiqui ſancti patres qui fuerunt
ad ſacerdotium valde difficiles. ¶ Legimus enim in vitaſpa
trum pluſq̄ ducentos monachos fuiſſe in vno clauſtro.et vix

tres aut quatuoꝛ ex ipſis fuiſſe pꝛ̄ſpiteros. Et ſanctus Marcus
euangeliſta ſibi pollicem amputaſſe legit̄ vt ineptus eſſet ſacer
docio. tantū em̄ verebatur coꝛpoꝛis dn̄i conſecrationē. nuſq̄
legitur de eo qđ fuerit ſacerdos. ſimiliter de ſancto Franciſco.
Quis ſcit ſi p̄dictis patribus ſanctis timoꝛem incuſſerit beat⁹
Johannes baptiſta qui inuitatus a domino vt eū baptizaret.
Ipſe aūt timebat ſolum tangere verticem eius. Quanto nos
timere debemus cū verum coꝛpus eius totaliter tractamus et
manducamus. Quis em̄ noſtrū fratres cariſſimi non ingemi-
ſcat et dicat intra ſe. O clementiſſime deus et veriſſime aīarum
noſtraꝝ amatoꝛ hieſu chꝛiſte. quid aut quomodo niſi cogitaſti.
ꝙ tam magna et mirabilia opera nobiſcū facere voluiſti. et te-
ipſum totum ſicut reſides ad dexteram patris in cibum dares
noſtraꝝ animaꝝ. Dans inſuper nobis tantā poteſtatē quā nec
angelis tradidiſti. O bone hieſu cur noſtrā pꝛeſentem ingrati-
tudinem irreuerenciamq̄ magnam quam tibi in hoc ſacramē-
to concubinarij ꝓpꝛietarij ſimoniaci cunctiq̄ criminoſi pꝛeſpi-
teri impendunt non curaſti. Eſtimo domine ꝙ nimia caritas
quam ad nos habuiſti iſta te conſiderare non permiſit Nam
omnia feciſti que debuiſti et potuiſti. vt nos ſolum ad tuum
amoꝛem accenderes. et nihil eoꝛum obmiſiſti. O duri et indu-
rati filij Eue quos non emollit tanta caritas omnipotentis
dei. O Ploꝛate et lachꝛimas effundite oculi mei et nolite ceſ-
ſare. quoniā qui me creauit et inſuper ſua moꝛte redemit. Nūc
tam duro coꝛde ſepius tractaui. et ignoꝛo numerum. O mi de-
us cur te intantum humilaſti. Omnis enim creatura ammirat̄
de tua humilitate ꝙ te in vterum ſanctiſſime virginis incluſi-
ſti que tamen eſt digniſſima omnium creaturarum. Quanto-
magis admirandum eſt qđ ad me viliſſimū peccatoꝛem te in-
clinaſti. Quis ergo ego ſum. vt manducem dominum et crea
toꝛem meum. O cherubin et ſeraphin pꝛincipatus et poteſta
tes quem vos tam pure cognoſcitis et tam ardenter amatis et
quem nunq̄ offendiſtis. ſed ei intermiſſione ſeruitis. Eundem
vero ego infirmus peccatoꝛ tociens offendi ꝙ neſcio numerū
peccatoꝛum meoꝝ. et tamen tam pacienter me tollerauit. et ſe
a me tractari atq̄ manducari permiſit. O immenſe humilitatis
et inexhauſte caritatis aſcenſio. Ubi altiſſimus inclinat ſe ad

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

infimum.omnipotens ad vermiculum. Utinam haberem per=
fectionem oīm angelorum et ſanctoꝝ vt poſſem digne referre
graciarūactiones deo meo altiſſimo. Sed quia non licet mihi
tacere.ideo dulciſſime mi redemptor hieſu chriſte immenſas ac
infinitas graciarūactiones referam tibi pro tua paterna ſanc=
tiſſima gracia et refectione qđ me indigniſſimū peccatorē ſan=
guine tuo refeciſti et pro alijs innumerꝫ beneficijs mihi a te col
latis. Tibi laus et gloria et graciarūactio per eterna ſecula ſe
culorum Amen.

## Alia contemplatio de ſeptē ef fuſionibus ſanguinis xp̄i multū deuota Feria ſexta meditāda.

Septies xp̄s effudit ſuum ſanguinē ob noſtram redem
ptionem. Et hoc cōtra ſeptem peccata mortalia.⁊ iſtas
ſeptem ſanguinis effuſiones cū magno dolore cordis
tui decet te qualibet feria ſexta memorare. ¶ Primo ergo effu
dit ſanguinem ſuum ex magna humilitate contra ſuperbiam.et
hoc in circūciſione vbi habes contemplare quantū te dilexit.
Uix em̄ in hanc vallem miſerie ꝓdijt ad ſtatim viam noſtre ſa=
lutis currere cepit.quia puer tm̄ octo dierum erat. Ipſe domi=
nus legꝫ.ſe legi circumciſionis ſubiecit.quā pro hominibus na
ſcentibus in peccatis dedit. Hic cōtemplare cur dominus ſit
circūciſus. Et illius ſtꝫ plures cauſe. ¶ Primo vt probaret ve=
ritatem ſue vere humanitatꝫ cōtra fantaſticā que eſt vmbra ⁊ q̄
nō cōtinet in ſe ſanguinē. ¶ Secđo vt oſtenderet ſe de ſemine
Abrahe eſſe cui data eſt circumciſio et facta eſt repromiſſio in
ſemine tuo.id eſt in domino noſtro Jeſu chriſto benedicentur
omnes gentes. ¶ Tercio vt daret nobis occaſionem obedien
di ſuis preceptis ad que tenemur.quoniā ipſe obediuit propter
nos legi circumciſionis ad quam non tenebatur ¶ Quarto vt
dyabolo miſterium ſue incarnationis celaret. ¶ Quinto vt iu
deis excuſationem cum non audiendi tolleret ne dicerent. Diſ
ſimilis es patribus.quia incircumciſus et legem non obſeruas
ideo te non audiemus. Hic etiam contemplandum eſt quod
ille guttule ſanguinis.ymmo vna ſola ſuffeciſſet.vt dicit Bern.
pro tocius generis humani ſalute.et hoc ꝓpter diuinum ſup=
poſitum. Sed ipſi domino non ſuffecit. quia nos maxime ad



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

amauit. Et ideo pro nobis aliũde ſanguinem ſuum effundere voluit. ſicut et fecit. quatenus pater celeſtis viceuerſa ſup nos copioſiſſime miſericordiã funderet et gratia eſt In quibus ſupra modũ neceſſarij ſumus ꝓpter pnitatem ad malũ. et tarditatem ad bonum. quod vtiꝗ celeſtis pater optime cognoſcit. ¶ Immenſas igit tibi refero graciaꝝ actiões benigniſſime dñe hieſu xpe pro iſta prima effuſione ſanguinis. Et rogo te ꝓpter illam quatenus velis me ſpiritualiter circũcidere. videlicȝ cogitaciones malas de corde. verbaꝗ crimīnoſa. et mala de ore. et de quinꝗ ſenſibus meis omnia opera mala. vt ſic ſpirituali circumciſione purificatus tibi ſim placens.

## Secunda Effuſio.

Secundo effudit ſanguinẽ ſuum ex magna caritate contra inuidiam. Et hoc in mõte oliueti. Appropinquãte enĩ hora paſſionis ſue factus eſt in agonia. i. in certamine mortis. Humanitas enĩ quam aſſumpſit vehemẽter mortem et penam eius abhorruit. Sed ita fortiter Chriſtus cum humana infirmitate pugnauit ꝙ fact9 eſt ſudor eius ſanguineus decurrens in terram. Bern. ait. Tam copioſe fuiſſe effuſum talem ſudorem vt etiam terrã rigaret et veſtimenta. vt ſic non ſolum oculis. ſed omnibus mẽbris videtur lachrimaſſe. vt videlicȝ ſuis lachrimis omnia membra lauaret eccleſie Hic ſta et in dolore cordis tui cõtemplare amariſſimã ſanguinis effuſionem. que inter omnes penas fuit acerbiſſima et atrociſſima. eo ꝙ fuit ſupnaturalis. Nam ſudare ſanguinẽ pre anguſtia et anxietate eſt ſup naturam hominis. Uix enĩ eſſet credibile alicui homini ſub celo viuẽti quales anguſtias et tam vehemẽtes et terribiles mortis preſſuras patereẗ natura delicata mortẽ horrendo et ꝓuidendo. et tunc ſenſerit cur hoc. qꝛ ipſe erat deus et homo. ideo omnia mala que erãt ſuper eum futura ſingulariſſime et principaliter ſciuit. Et humanitas eius cepit pauere et tedere ꝓpter infinitam et magnã mortis eius penam. Hic contemplare ꝗ̃ amara et penalis fuit mors eius in ſe. ex quo ſola ꝓmeditacio mortis eius ipm coegit ſudare ſanguinem ex omni parte corporis ſui ex medullis oſſium ſuorum contra omnem humanã naturam. Nam ſi vnus malefactor duciẗ ad rotandũ.

ipſe ignorat ꝙ amara eſt ſua pena. Iſte aūt hieſus criſtus deus et homo preſciuit omnem penam et magnitudinē et profunditatem vulnerum et numerū eorum ſm diuinitatem quam infirma humanitas pro nobis aſſumpſit et ſupra modū abhorruit. Sed caritas nimia qua nos dilexit in eo maior fuit que illam humanam infirmitatem ſuperauit ſm qđ ad diſcipulos ſuos dixit. Spiritus quidem ꝓmptus eſt. Caro aūt infirma. Heu me miſerum peccatorem vbi ſtꝫ lachrime mee de oculis meis fluentes cum tu domiē deus meus lachrimas fūdis ſanguineas de toto corpore tuo. O mi deus peto te vt cor meum durius adamante ad lachrimas vberrimas velis mollificare. Eſt em̄ verecundia mihi non modica dominū deum meum ꝓ me ſudore ſanguineo ꝯfuſum videre et me viliſſimū peccatorem ſine lachrimis oculoꝝ meorum pertranſire. Qua ꝓpter dic in deuocione cordis tui. ¶ O mi domine hieſu criſte rogo te vt per hanc accerrimā et ſupnaturalem penam tuam concedas mihi ſemper pre oculis meis habere cum magna et ſufficienti cōtricione omnia mala que geſſi. bona que obmiſi et benefacere potui. penā inferni quam incurri. et gaudia celeſtia que amiſi. qm̄ te dominū deum meū ſepiſſime grauiter offēdi. vt poſſim flere et tecum cōtriſtari. meaqꝫ mala penitere et te mihi reconciliari. vt tecum in eterna beatitudine gaudeam ſine fine. Amē.

## Tertia Effuſio.

t Ercio effudit criſtus ſanguinē ſuum ex magna pietate cōtra iram. Et hoc in flagellacione. Iuſſit em̄ Pilat⁹ dominū a miniſtris nudū ad ſtatuam vnā grandem ligari. Et eum cū nodatis virgis et atrociſſimis flagellis ſatis amariſſime flagellari. Hic cōtemplare quō rex glorie vulnerat ꝓpter peccata noſtra in dorſo in lateribus innumeris plagis. Et poterat tūc dn̄s dicere lamētabiliter illud Pſal. Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores virgis et flagellis atrociſſimis prolongauerunt iniquitates ſuas. qꝛ ſanguis deitate plenus defluebat et confluebat ſuper terram in maximū peccatum eorum. Et hoc in omni paciencia et caritate ſuſtinuit qꝛ nec verbum nec aliquod ſignum impacientie. aduerſus illos maledictos canes oſtendit. Bern. ait. Fons iuſticie flagellatur

pro iniquis ab iniquis vt oſtendat magnitudinē ſue caritatis qꝛ vulnerum ſtigmata ſt ſumme dilectionis ſigna. O q̄ habunde ille precioſus ſanguis pfluxit per dorſum et ſacra latera innocentis filij dei. in quo nullus reatus oino potuit inueniri Propter quod pheta ait. Sine cauſa flagellis ceciderūt me. Voluit aūt dominus flagellari. vt ſua nos flagellatione a flagellis demonū liberaret ppetuis. Diſce ergo o homo paciēter ſufferre flagella dei que tibi per ſe vel ſuos miniſtros infligere curat. et conſidera ꝙ hic ſine flagellis de mūdo non exiuit de⁹ tuus iheſus criſtus qui ſine peccato fuit. Clamabis ergo lacrimoſis oculis ad dominū deum tuum dicens. O benigniſſime iheſu vt mihi tpe iuſtitie parcere poſſis: hic tpe gratie ⁊ miſericordie peto me flagellare velis. Et clama cū beato Aug. Hic vre: hic ſeca quatenus in eternū mihi parcas. et hoc in miſericordia et miſeratiōibus tuis multis: et nō intres in iuditiū cū ſeruo tuo. qꝛ non iuſtificabit in conſpectu tuo omnis viuens.

## Quarta Effuſio.

Quarto igitur effudit ſanguinem ſuum ex magna ſobrietate contra gulam: et hoc in coronatione. Nam in flagellatione pepercerunt forſitan capiti. Ne ergo caput ſine afflictione pertranſiret cogitabant quomodo etiam caput ſuū vulnerarēt: et hoc ſic fecerunt. Nam primo induebant eum antiqua purpurea qꝛ dixit ſe eſſe regem. Secundo locant eū ſuper regalem cathedram. Tertio plectentes coronam non de auro vel argento aut gemmis pretioſis: ſed de ſpinis marinis quarum aculei ſunt acuti et duri et penetratiui. poſuerūt illam ſuper caput eius pro dyademate regali: totum caput tegētem preter fatiem. Et hoc non ſolum ad confuſionē et deriſionem ſed capiti eius in maximā penam. Quarto offerunt ſibi arundinem pro ceptro regio in manu ſua ⁊ flectentes genua ſua corā ipſo yronice ſalutabant eum. Aue rex iudeorum: quaſi diceret regnare voluiſti ſed non potuiſti. Quinto dantes ſibi alapas: ſpuebant in fatiem eius tanꝙ in contemptibilem et vilem perſonā. Sexto furibunde reaccipientes arudinem de manu ſua cum ea venerandum caput crudeliter feriunt: ſpineam coronā fortiter eius capiti imprimentes. ſic ꝙ ſpine iſte inter cutem et

cerebri teſtam tranſierunt. ymmo alique per ipſam teſtam vſqꝫ ad viuum cerebrum in penam maximam. Bern. enim ait. ꝙ teſta cerebri ſit per tales ſpinas marinas bene perforata. ſed non ſit confracta. ita vt ſanguis flueret per frontem collum et genas ex vna parte. ſputum vero iniquoꝝ ex alia parte. Et ſic videmus eum non habentem ſpetiem. Ecce fidelis anima quomõ ſponſus tuus ſpetioſa forma pre filijs hominū crudelibus ſpinis coronatus eſt: quibus coronauit eum impia mater ſynagoga ſua: et quomodo pro te quaſi leproſus et nouiſſimus virorum eſtimatus eſt: vt te ab eterna eriperet confuſione. Dic ergo in deuotione cordis tui. ¶ O domine iheſu criſte tibi graciarūactiones pro iſta ſanguinis effuſione offero immēſas. Et rogo te quatenus velis me in hac vita gratia tua coronare vt ſit mecum in omnibus agendis. retrahendo me a malis ⁊ dirigendo me in viam ſalutis. vt tandem venire poſſim ad glorie coronam in celeſti patria promerendam Amen.

## Quinta Effuſio.

Quinto effudit criſtus ſanguinem ſuuꝫ ex magna paupertate contra auaritiam: ⁊ hoc in exuendo veſtimēta ſua in loco caluarie. Ibi enim omnibus vidētibus expoliatur ſuis veſtibus cum maximo dolore: quia veſtis interior ei maxime adherebat in vulneribus flagellatōis. Hic contemplare ꝙ illa veſtium expoliatio fuit vna de magnis criſti paſſionibus. Nam veſtis illa interior nimis innixa fuit vulneribus flagellorum. Unde quando dominus illa tunica violenter fuit expoliatus mox in eo renouata ſunt omĩa vulnera: et hec fuit grauior cruciatio ꝙ̄ actualis flagellatio. Verbi gratia. Si enim modica lana aut panniculus in recenti vulnere cōgelatur et inde violenter extrahitur: longe maior ꝙ̄ in prima vulneratione dolor ſentitur. Sed cogita quanti fuerint dolores cū tunicam iſtam ex multis vulneribus vehementer extraxerunt illi immites ribaldi et crudeliſſimi viri. O anima mea perpende ꝙ ille qui omnia que in celis et in terra ſunt veſtit et decorat: coram omni populo pro te nudus ſtat: non habens quo ſolum locuꝫ nature tegat. Cui ſua meſtiſſima mater pepulum de capite creditur porrexiſſe quo circundati ſunt lumbi eius. Et differt iſta

denudatio a prima in pretorio facta. quia ibi denudabatur coram preſide et ſuis militibus: hic aūt coram omni populo viris et mulieribus: paganis et iudeis: amicis ⁊ inimicis. Alibi exuebatur ad flagellandū: hic aūt ad crucifigendū. Hic deuota mente quere a dn̄o cum beato Bern. et dic. O bone hieſu quare nō pepercisti tibi cū vtiꝗ potuiſſes. quia omnipotens: et te decuiſſet. quia celeſtis regis filius. Et reſpondet Bern. in pſona ipſius dicens. Amoris magnitudo hoc me facere nō permiſit Flamma em̄ caritatis ad redimendū genus humanū intantum me exarſit ꝙ in nullis potui mihi parcere nec condeſcendere. O mi deus ſi hec ita ſe habent vbi tunc eſt mea caritas reciproca qua te diligam viceuerſa: tu in nullis tibi ꝓpter me pepercisti ⁊ ego aduerſa nulla ꝓpter te volo tollerare: non eſt iſta via equa ſed oīno iniuſta. Qua ꝓpter o domine hieſu criſte tuam immenſam rogo clemētiam quatenus ignem diuini amoris in me accendas: vt omnia aſpera et aduerſa ꝓpter te ſuſcipiam patiētiſſime. Et ſicut tu vlterius in veſtimēta tua non rediſti ſed nudus et dilaceratus ad crucē affixus fuiſti. Sic precor te vt per gratiam tuam velis me cuſtodire ne in priſtinum ſtatum cōuerſacionis humane ac vite crimino ſe redeam. Sed in ſancta et deuota vita ſtabilis. et de die in diem in bono proficiens vſꝗ in finem perſeuerare valeam Amen.

# Sexta Effuſio.

Sexto effudit criſtus ſanguinem ſuū ex magna amicicia et concordia contra odium. Et hoc in crucis affixione. Nam crux in terra iacuit et dominus nudus et dilaceratus ſine omni miſericordia ſuper crucem proicitur. Et mox clauus primus per ſiniſtram manum cum magnis doloribus incutitur. Deinde aliud brachium ad foramen extenditur et ſecundus clauus per dexteram manum cum multis maioribus cruciatibus quā primum immittitur. Deinde tercio funem ambobus pedibus iniciūt et totum corpus quantum potuerunt deorſum trahūt et duobus pedibus ſuper inuicem complicatis· tercium clauum per ambos pedes cum valde magnis doloribus crudeliſſime mittuut cum maximis tormentis et cruciatibus infinitis. Et ſic conſequenter

vulnera eius que in exuendis veſtimentorū ſuorum prius fue-
runt renouata vt patuit ſupra. Hic in tali omniū membrorū
ſuorū maxima extenſione fuerūt ampliata. Nam nos ad exper
gentiā videmus ſi cutis aut pellis foramen paruū habens in
latum extendit mox foramen ampliatur. Sic indubitāter hic
contemplare ꝙ poſt talem corporis criſti crudeliſſimā extenſi
onem omīa vulnera fuerūt amariſſime ampliata cū doloribus
maximis et effuſione ſanguinis. Hic cōtemplare criſtū citha-
ram dauidis fore que fugat demonia. Nam capiamus lignum
crucis loco cithare et criſti corpus vice cordarū. et cantemus
iugiter in hac cithara ſonum dulciſſimū quem meruit audire la
tro cum criſto pendens in cruce videlicet. Amen dico tibi ho
die mecum eris in paradiſo. O q̄ſ ſonus dulciſſimus fuit ipſi
latroni. Dic ergo in deuocione cordis tui. ¶ O domine hieſu
chriſte peto te vt non ſum tibi vilior q̄ſ latro iſte. quod cū̄ illi
pendens adhuc in infirmitate carnis in cruce dixiſti Mi deus
nunc de celo dic mihi. Amen dico tibi, hodie. i. in preſenti vita
eris mecum in paradiſo. i. in gracia mea, et in futuro in gloria.
Et ſufficit mihi mi deus hic ſonus dulcis ſup omnes huius
mundi honores et diuicias. Deinde cōtemplare domino deo
tuo ſic cruci affixo eius eleuationem a terra cū magnis clamo
ribus et laboribus eſſe factā. et hoc ꝓpter corpis eius pondero
ſitatem. et eo affixo mittūt crucem cadere in foueam. ita ꝙ oīa
membra eius ſtꝫ concuſſa et vulnera eius iterum ampliata. et
ſanguis eius cepit fluere ex omnibus vulneribus eius vſqꝫ ad
terram. Dic ergo in deuocione tua cum magnis et multis la-
chrimis. ¶ O mi domine hieſu chriſte tuas cōſiderans amari
tudines in me deficio quare talez feciſti cōmutationē. vt ꝑ mor
te dares vitam et ꝑ miſeria gloriam. Vere domine in hoc tue
apparuit immenſitas pietatis. Non cū̄ aliā video in te cauſam
mortis niſi erga nos miſeros habūdantiam tue immenſe cari
tatis. De iſta igitur penali ſanguinis effuſione hieſu benigniſſi
me immenſas tibi refero graciarū actiones rogans te humili-
ter quatenus omnia membra mea ac corporis et anime vires
cruci tecū affiges ſic ꝙ nihil quinqꝫ ſenſibus atqꝫ cū omnibus
membris meis die ac nocte faciam niſi quod tibi deo crucifixo
placeat. Amen.

# Capitulum vicesimum.

## Septima Effuſio.

Eptimo et vltimo effudit Criſtus ſanguinem ſuum ex
magna aſperitate ↄtra luxuriam. ꝛ hoc in lateris aperi
tione. Cumq̃ꝫ milites eius crura non frangentes p̃te
reunt. qꝛ mortuū illū iam viderūt. venit Longinus cuꝫ ſeruis
ſuis p medium populi ad crucem quē Maria vidēs putans eū
venire in adiutoriū ſibi ad deponendū de cruce corpus mortuū.
poſtq̃ꝫ haſtam ſuā acutiſſimā in filij ſui latus miſerabiliter defix
erat. et p̃cioſiſſimus ſanguis habundāter effluxerat. omnia viſ
cera eius ſtꝫ commota. et q̃ꝫtominus eius filius in tali lateris
apericione eſt paſſus. qꝛ mortuū et inſenſibile erat eius corpus
tantomagis mater eius pleniſſima fuit oībus doloribus. Et
tunc ad deū patrē dicere poterat oculis lachrimoſis. O mi deus
et celeſtis pater cur nō diſpoſuiſti ꝙ ille iudeus inanimatus et
inſenſatus haſtā illam in corpus meū defixiſſet. ymmo cū gau
dio eam ſuſcepiſſem vt ſic perijſſent dolores mei. cū doloribus
filij mei. Inſup ad iudeos dicere poterat. Cur mihi dolorē au
getis cū taꝫ crudeliter in corpus mortuū ſeuitꝫ. Nulli em̄ latro
num legiẗ factū fuiſſe ꝙ filio meo facitꝫ. Ecce milites gentiles
eū mortuū videntes nō fregerūt eius crura. vos aūt nō ſicut ho
mines agitꝫ circa meū filiū. ſed ſicut canes rabidiſſimi et lupi
rapaciſſimi circa agnū manſuetiſſimū quē viuū ab extra crudeliſ
ſime laceraſtis. illū iam mortuū p lancee infixionē ab intra circa
cor ꝛ alia inteſtina abhominabiliter dilaniatꝫ. O aīa mea cōtem
plare matrē xp̄i maiorē penā tolleraſſe in ſuo corde q̃ꝫ aliquam
matrem in ſuo corpore. O q̃ꝫ care ſumus redempti et q̃ꝫ pre
cioſe loti. Et ideo ſumme cauendum eſt nobis a ſeruicio pec
cati. Nam ait euangeliſta. Et continuo exiuit ſanguis et aqua
Sanguis quidem effuſus eſt in remiſſionem omnium pecca
torum noſtrorum. Aqua vero in noſtre regeneracionis lauacꝝ
Et ideo dauid dicit. Et copioſa apud eum redemptio. Et ve
re multum copioſe. qꝛ omnem ſanguinem ſuū qui erat in om
nibus venis et in omnibus ptibus corporis et qui fuit cōgre
gatus circa cor qđ eſt primū viuens et vltimū moriens ꝓ no
bis integraliter effudit. Apto em̄ latere circa cor omīs ſanguis
effluxit qui ibidē ↄgregatus fuit tam copioſe et integre ꝙ etiam

aqua effluxit. ¶ De quo tibi benigniſſime hieſu immenſas gra
ciaꝝ refero acciones. deprecans te ex toto corde meo. vt cor
meum durum et cōpunctum tui iaculo amoris vulnerare dig
neris. vt te et matrem tuam dilectiſſimā ſuper omnia et pre om
nibus diligam quatenus paradiſi ianuam que mihi per Lon
gini lanceam aperta eſt merear introire. Qui cum deo patre ꝛc̄.

# Alia contemplatio Sabatho

de quinqꝫ gladijs glorioſe virginis que cum magna mentis
deuotione debet meditari.

D Jes ſabati beate Marie virgini ꝓpter certas cauſas
ſpecialiter cōſecratus eſt ac deputatus. Jdeoqꝫ eodem
die ſi non habueris impedimentū decz te in eiuſdem
matris laude miſſam celebrare. Semꝑ tamen memoria quinqꝫ
gladioꝝ ꝑmiſſa quos ſic memorare poteris ¶ Primū eīn do-
loris gladium virgo Maria recepit in illoꝝ gladioꝝ ꝓphetia.
qñ in feſto purificacionis ꝓrijs in vlnis puerum eius hieſum
in hieruſalem ad offerendū eum in templo deo patri ſcd̄m le-
gem moyſi portauit Simeon vir iuſtus et timoratus ſpiritu-
ſancto repletus diuina reuelacione mūdi ſaluatorē eſſe cogno-
uit. quē diu multꝫ ſuſpirijs priuſqꝫ mortē guſtaret videre deſide
rauit Jdeoqꝫ ei coram omni populo honorabile teſtimoniū ꝑ-
buit dicens. Nunc dimittis ſeruum tuum domine ꝛc̄. Et hoc
totum Marie fuit gaudioſum. Sed expecta parumper. et ex
trema huius gaudij luctus occupabit. Nam dū ſimeon ſibi fi-
lium eius reddidit ꝓphetiam ei ſatꝫ amaram ſubiūxit dicēs. Et
tuā ipſius animā pertranſibit gladius. Et ecce ad ſtatim dolor
magnus cor Marie percuſſerat qꝛ eodem ſpiritu qui in ſimeo
ne loquebatur Maria repleta erat. et ad ſtatim intellexit. quia
ad mortem crudelem eū generauit Jdeoqꝫ lachrimoſis oculis
Simeonem inſpexerit et apud ſemetipſam dicere potuit. O
ſimeon ego ſcio te iuſtum et ſpirituſancto repletum. ex quo fi-
lium meum ſaluatorem mundi eſſe cognouiſti. Sed heu mi-
hi matri eius miſere ſatis prophetizas amara. videlicꝫ vt ani-
mam meijpſius debeat pertranſire gladius doloris et amari-
tudinis. Ex quibus habeo vtiqꝫ intelligere quoniam ipſum
ad multas paſſiones ac mortem turpiſſimam genui. Heu heu

Simeon quid feciſti mihi. Omne gaudiū qđ de eius natiuita te et de aduentu triū regum habui mihi abſtuliſti. ⁊ omni ama ritudine me repleſti Nam ſingulis horis et momentꝫ habeo ex pectare implecionem illius tue ꝓphetie. O que mater poſſet eſſe tam dura inculta et pagana que ſolū vnicū filium haberet quem ꝓ certo in eius oculis mala morte perire ſciret etiam ſi filius meruiſſet. Nonne quociens eū inſpiceret fleret. ſuſpiraret et gemeret. Et ego miſerrima mater ſciens ꝓcerto ex tali ꝓphe tia vnicuꝫ filium meum dilectiſſimū deum verum et hominem turpiſſima moriturū morte. qui venit omnes ſaluos facere. quō poſſuꝫ gaudere in hac valle miſerie. Hic cōtemplare quomodo iſte doloris gladius non ſolum vna die duobus vel tribus vt alij gladij cruciabat ſed ꝑ triginta tres annos vſq; ad reſurre ctionis diem eam ſine intermiſſione miſerabiliter inpugnabat Et notāter qñ ipſa membra ipſius tractabat lauabat oſculabat tangebat aut ſolū inſpiciebat. Et dicere poterat. Heu heu qñ iſtoꝝ ſanctiſſimoꝝ membroꝝ cōtricione videbo putas mecum in preſenti vita durabo; Eia fortaſſis deus meus et vnicus filius meus faciet mecū miſericordiā et aufert a me animā meā ne oculis meis corporeis cogar videre immenſum cordis mei dolorem eius. videlicꝫ turpiſſimā mortem. ymmo pre cunctis huius mundi honoribus et delicijs ſi tibi placidum eſſet meā mortem ante eius paſſionem et mortem deſiderarem.

## Gladius Secundus.

Ecundum gladium doloris Maria virgo recepit in
ſ amiſſiōe filij eius ꝑ triduum in Iheruſalem Quem ſic cōtemplare decet. Cum eñ hieſus veniſſet de egipto in Naſareth vbi nutritus eſt. Et eſſet iam annoꝝ duodecim ⁊ obediret Marie et ioſeph. Illis ad diem feſtum paſce in Ieru ſalem aſcendentibus puer hieſus aſcendit cum eis quod valde gaudioſum eſt. et letabundū erat Marie q̄ rex regum et domi nus dominanciū cum ea tranſiret Sed expecta pauliſper et extrema huius gaudij luctus occupabat. Nam finitꝫ feſtiuitatū diebus et quilibet ad ꝓpria remearet receſſerūt et parētes hieſu Maria videlicꝫ et Ioſeph Puer aūt non parentū negligētia ſed ordinatione ⁊ voluntate diuina ꝑmanſit in iheruſalem ipis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ignorātibus. Nam Joſeph ibat cum viris qui ſeorſum tranſibāt. Maria aūt cum mulieribus que ſimiliter ſequeſtratim a viris ambulabāt. ſic eñ erat moris antiquitus ꝓpter cōſeruandā acquiſitā deuocionē. Pueri aūt cū vtroqꝫ parentū poterāt tranſire. Sed cū ꝑtranſiſſent vnā dietā et in ſimul cōueniſſent cognoſcētes qꝫ puer in hieruſalem ꝑmanſerat cōmota ſunt oīa viſcera eoꝝ plus q̄ aliqs pt cogitare de tanti theſauri omiſſione. Et nō immerito dicere poterāt. O q̄ male nobis accidit. heu heu heu quō potuimus ab ipſo oculos noſtros auertere in quo eſt oīs noſtra paſſio et oīs noſtra dulcedo. O quantū theſaurū nobis pater celeſtꝫ cōmiſit videlicꝫ filium cōſubſtancialem ſibi ac coeternū. et nos illū tam negligēter amiſimꝰ. Reuertamur ergo cito in iheruſalē et illū cū magno dolore et fletu queramus quē ſic improuide amiſimus. Qui reuertētes ⁊ incōſolabiliter plorātes venerūt in hieruſalem in hoſpiciū vbi per dies morem traxerūt feſtiuitatū. et ibidem eū nō inueniētes corda eoꝝ cōtremuerūt ſupra modū nec aliquis in eadē vbi eſſet dicere eis poterat. Tercia vero die mane ſurgētes et eum inter omnes cognatos et notos querētes nuſq̄ eum poterāt inuenire. O dolorem iſtorū martirū Marie videlicꝫ et Joſeph quis enarrabit. Uere eſtimo ꝙ nec cibū nec potū nec ſomnū capere poterāt pre nimio dolore. Quis inſuꝑ cogitare pt quā varie et diuerſe cogitaciones in eoꝝ aſcenderūt cordibus cū tamē pro certo ſcirent eū eſſe oīpotentē deum et hominē. et ꝙ nihil fieri poſſet in celo et in terra quod ipſe nō faceret nec ꝑmitteret: Poterat tūc Maria dicere. O mi fili vbi es oſtēde te nobis ceſſet indignatio tua erga nos. Aufer a nobis quos ꝓ te habemus tribulaciones. dolores ⁊ amaritudines ſicut tu ſcis amātiſſime fili. ¶ Deinde poſt triduū. id eſt quarta die poſtq̄ fuerūt hū tribulati et in amaritudine ſicut electi dei bene decocti. dedit eis in mentē vt quererēt eū in patris ſui domo. videlicꝫ in templo. qui mox in templū dñi feſtinauerūt. ⁊ eū viuū et incolumē inuenerūt ſedere in medio doctoꝝ et legiſperitoꝝ quos in iſta puerilitate audiuit ⁊ interrogauit quos poſtmodū in ꝑfecta etate docuit. atqꝫ ad ſalutē correxit. Maria ꝓo ait. O fili mi quid feciſti nobis ſic. Ecce pater tuus. ſ. putatiuus. et ego vera mater tua dolētes querebamus te. Quibus reſpōdit. Quid eſt ꝙ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

me querebatꝫ.ac ſi diceret. Non eſt neceſſe me querere.ego non poſſum amitti. Nam vbicunqꝫ ſum ſiue in celo ſiue interra ſiue in mari ſiue in inferno ⁊c̄. Ubiqꝫ ſum deus qui cūcta creaui ex nihilo. Illis vero ſcilicꝫ Maria et Joſeph nō acquieſcētibus cūctipotens deus templū et legiſdoctores dimiſit. Et ſe vni mulieri et fabro lignario ſubiecit et cū illis in Nazareth deſcē dit et ſubditus illis fuit nobis in exemplū.vt qñqꝫ opera maiora que ſtꝫ bona dimittamus.et opera minora ꝓpter obedien tiam ꝑficiamus. Cum ingratū ſit ſpirituiſancto ꝗcquid ex propria volūtate feceris quantūcunqꝫ bonū et magnū ſit neglecto eo ad qꝺ per obedientiā teneris quāuis paruū bonū ſit. Ex his oībus elige tibi pacientiā pro amica. Si em̄ criſtus ſuos parē tes iuſtos et ſanctos intantū tribulauit ad noſtrā vtiqꝫ erudicionem hoc fecit vt cū nos ꝓpter plurima peccata ꝑ varias tribulaciones.aduerſitates et infirmitates tanqꝫ filios ſuos quos amat ſic ꝓbauerit diſcamꝰ hr̄e pacientiā in nr̄arū aīaꝝ ſalutē.

# Tertius Gladius.

t Erciū gladiū recepit Maria in filij ſui captione. Sic cōtemplare. Nā ad augmētandū tibi deuotionē cogitare potes quatenus beatus Johānes dū ſociū ſuum Petrū ter negantē dominū dimiſit. Et ipſe ne ſibi talia aut maiora mala euenirēt a domo Cayphe receſſit et nocte in domum ſuā venit in qua fortaſſis Maria mater cū matre iohannis que ex ꝑte matris ſoror eius erat ꝑmanſit. Ad quā Johānes cū magno fletu ait. O dñā mea et omne gaudiū meū. O amica mea dilecta ꝗd cogitas.aut quid facis.aut quid ſpiritus ſanctus quo tu plena es tibi dat intelligere de his que circa filium tuum ſtꝫ facta. O q̄ꝫ duros tibi habeo renūciare rumores quos tibi nullatenus nūciarem. ſed amor tuus et amor dñi et magiſtri mei neceſſitaſqꝫ me ad hoc cōpellit. Tūc ipſa ſtupefacta interrogauit ſtatim ꝗd dicere haberet et cur tam amare ploraret. Eſt ne aliquid dilectiſſimo filio meo de quo plus q̄ꝫ de oī mūdi re curo. Cui Johānes. O dñā mea cauſa eſt magna dolor magnꝰ tribulacio tibi erit maxima. Cui ipſa O iohānes cariſſime dic ne detineas me diutiꝰ. Cui ille. O dñā mea dulciſſima ſtatim cū dixero factū.tūc eris amariſſima et oī dolore

plena. Ueni cito ad filiũ tuũ et dominũ meũ amãtiſſimũ. quẽ iu
dei iam tenẽt captũ tractãtes quõ occidãt eum. Judas aũt ſca
rioth vnus ex nobꝫ duodecim cũ iudeis ſuis inimicis ꝑ .xxx.
ſolũmodo argẽteis vẽdidit qui iſta nocte cũ multitudine arma
toꝝ venit et eũ in manꝰ inimicoꝝ ſuoꝝ peſſime tradidit. Ueni
cito ſi ſaltẽ eum inuenire poterimꝰ viuũ. Hec illa audiẽs et qua
ſi exanimis ſuꝑ terrã declinãs cadẽs in ſimeonis gladiũ quẽ
tot annis expectauit tũc cum nimio dolore et amaritudine re
cepit. Que tũc ab ipſo Johãne et ſororibus ſuis eleuat̃. et in-
duta pallio per ciuitatẽ iheruſalẽ inceſſanter plorãs ad filium
dulciſſimũ ducebat̃ dicẽs. Heu heu vbi te inueniã dilectiſſime
fili et quare te mihi abſtulerũt benigniſſime fili. Cum aũt ad
domũ Cayphe veniſſẽt. O q̃ꝫ libẽter eũ vidiſſet. et cũ eo locuta
fuiſſet. Sed qꝛ ꝓpter cõmunis populi metũ qui diligebãt et cre
debãt in dominũ domus erat clauſa. et nõ eſt intromiſſa. ſed
mater dei regina celi dñ̃a mũdi ſtare añ domũ eſt coacta. nec
intrare ad filiũ a iudeis nõ eſt ꝑmiſſa. qꝛ nõ tantũ dominũ ſed
et omnes qui in eũ crediderũt et qui ei ſeruierunt in maximo
odio habuerũt. ſicut et hodie adhuc faciũt. Nã ſi omnes nos
qui credimꝰ in eum interficere poſſent vtiqꝫ facerẽt. et ſe in hoc
p̃ſtare deo obſequiũ eſtimarẽt. Et iã ꝑ totã ciuitatẽ audit̃. ꝙ iſte
detẽtus habeat̃. et ſctẽ mulieres que a galilea cũ ſtꝫ ſecute mi-
niſtrãtes ei occurrebãt et dolores Marie vehemẽter augmẽta
bant̃. Etiã dũ vidit iudeos armatos intrare domũ et exire in
mitiſſimũ agnũ qui tollit peccata mũdi oẽs ſeuiẽtes tanq̃ꝫ lupi
rapaces ex hoc dolor eius vehemẽter ml'tiplicabat̃. Tũc nõ im
merito meſtiſſima mater beatũ Johãnẽ interrogare poterat di
cens. O amice iohãnes q̃s eſt ſecũ vbi petrus vel aliꝗ diſcipuli.
Cui iohãnes. O dñ̃a mea amãtiſſima noli me interrogare. qꝛ
nõ habeo tibi dicere qđ aliquã tibi poſſit ꝯſolationẽ inducere.
ſed ſolũ id ꝙ dolorẽ habꝫ augmentare. Nõne prius tibi dixi.
Judas eũ vẽdidit et tradidit. Petrus ꝓ̃o iſta nocte ter eũ ne-
gauit et ꝙ nũq̃ꝫ eũ cognouiſſet. iuramẽto firmauit Inſuꝑ oẽs
aliꝗ diſcipuli ab eo fugierũt p̃ pudore et iudeoꝝ timore. et ipſe
inter inimicos ſuos crudeliſſios ſolꝰ eſt derelictꝰ. Cũ hec audi
uiſſꝫ maria ꝯmota ſtꝫ oĩa eiꝰ viſcera et poterat dicere. Heu heu
dilectiſſime fili quanta mala tam ſubito in te corruerũt Si eñ

diſcipuli tui quos tu tibi ex hoībus oībus huius mūdi ſpecia
liter elegiſti.et eos ad tua ſecreta admiſiſti et multa alia bene-
ficia eis contuliſti In te tam malefecerūt.quid in te faciēt ſeuiſſi
mi tui inimici qui te ſp̄ oderūt et omnia dicta et facta tua etiam
diuina ad malū interpretādo ꝑuerterūt. O mi fili quis mihi vl
tra conſiliū vel auxiliū preſtabit:in te eñ vnico habui oīa que
mea deſiderabat aīa:nunc peto aīam meam a me auferri ne
cogar videre immenſum dolorē cordis mei. Cū hec et ſimilia
Maria mater apud ſe cogitaret. mox domus porte aperit̄ et
hieſus filius eius manibus poſt tergū ligatis tanq̄ fur et latro
morte dignus educit̄ in medio armatoꝝ quos ante et retro a
dextris et a ſiniſtris habeat iterū ꝓpter populi cōmunis metū
quem ſumm⁹ pōtifex et alij iudei timebāt plus q̄ filiū dei oīpo
tentꝫ quē vinctū et ligatū ducebāt. Hic cōtemplare an criſtus
ſuam meſtiſſimā matrē quam ſciuit ibi in doloribus maximis
ſtantē reſpexit aut ei locutus fuerit. Et vere eſtimo q̄ nō. Uul
tum eñ ſuū illa tota nocte iudeoꝝ ſputis maculatū ſe oſtēdere
nolebat.ne ei dolorē augmentaret̄. Et ideo credendū eſt vultū
ſuum ad aliā ꝑtem auertiſſe. Quod vtiqꝫ ei nō fuit ſine dolore.

## Quartus Gladius.

q Uartū gladiū doloris meſtiſſima mater Maria acce-
pit dum ſm̄ Euāgeliſtam iuxta crucē ſtetit. Mature
eñ cōcilio cōcepto dicebat Maria in corde ſuo. Sta
bo et expectabo ſentenciā quā Pilatus feret in dilectū vnige-
nitum meū. Sequar a tergo egredientē de hieruſalē aſpiciam
lachrimoſis oculis quo ducat̄. quō expoliet̄.quō manus et pe-
des eius ꝑforent̄. et quō in ligno erigat̄ et cum peractū fuerit
amplius nō appropinquātes ꝓcul ſteterint tanq̄ maledictio ei
in cruce pendēti tūc ego ꝓprius accedā et ſtabo iuxta filij mei
crucē. Et qꝛ mihi cū eo mori nō licꝫ figā tñ oculos filio meo in
ſuſpēſo.et aſpiciā quō de hoc ſeculo exeat.quoniā ſola vtiqꝫ no
ui quō in hunc mundū intrauerat. nō deſerā morientē quem
nunq̄ dereliqui viuentē. Hic ſta et contemplare in cordis tui
dolore et dic. O mūdi dña quid hic ſtas quid hic agis.quis te
huc adduxit.quid tibi et patibulo. Quis vnq̄ te reginam celi
et angeloꝝ.et dominā mūdi eſſe hic cognouiſſet. Aut q̄s pre-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſumere vel cogitare auſus fuiſſet. ꝙ hec iuxta patibulū ſtaret. an
habes aliq̇d in patibulo qḋ debes aſpicere vꝉ cui merito debes
ſocietatē exhibere. ⁊ ipſa vtiq; habeo. Et q̇d eſt hoc obſecro. ha
beo certe ibi oēm ſolatiū meū. videlicꝫ filiū meū vnigenitū et do
minū meū Jeſum chriſtū. Eia imo amātiſſima dn̄a in cruce cū
filio tuo ſtetiſti. Ipſe eīm̄ in corpore ſuo vulnera habuit. Tu
aūt in aīa habuiſti oīa vulnera eius vnita. Ibi dn̄a mūdi cor
tuū eſt lanceatū, ibi clauatū. ibi ſpinis coronatū. ibi illuſum et ex
ꝓbratū. ibi aceto et felle potatū O dolores inexplicabiles. O
ineffabilē ſcti amoris reciꝓcationē. Nā filius valde paciebat᷑. ⁊
mater eius nimis ꝯpaciebat᷑. Ubi adimpletū eſt qḋ in eccleſia-
ſtico ſcribit᷑. Ad locū vn̄ exeūt flumina reuertent᷑. et iterū fluant.
O materna viſcera quāta fuit inter vos ꝯmotio cū extenderet᷑
illa ſacratiſſima caro que inter vos tā dulciter fuit cōpacta. cū
etiā ad ſolā mortꝫ ymaginationē viſcera matris illius cuius fi
liū Salomon ſcindi iuſſerat. cōtremuerūt vt exclamaret puerꝫ
integrū debere ſeruari et potius alteri que mater eius nō fuerit
iuſſit dari. qꝛ cōmota ſtꝫ viſcera illius ſuꝑ filio ſuo. Tu aūt ſi cla
mares in celū vt integer ſeruaret᷑ filius tuus amātiſſimus q̇d ꝓ
feciſſꝫ. cū vniuerſi in eū deſeuiſſent. O meſtiſſima mater cogita
cū olim in nuptijs rogaſti vt de aqua vinū faceret ipſe reſpō-
dit tibi. O mulier q̇d mihi et tibi eſt nondū venit hora mea vt
tibi oſtendā quid a te habeā. videlicꝫ illam humanitatē in qua
tantū patit᷑ habet a te. Cōſidera diligēter an iſta fecerit in nup
tijs vinū ex qua. vere nō. ſed latet anguis ſub herbis. id eſt diui
nitas ſub hūanitate. que pati non p̄t. hec fecit ex aqua vinū in
nupcijs. Hanc aūt carnis infirmitatē in qua filius dei et tuus
patit᷑ ſibi dediſti. merito ergo cōpateris ei. Hic cōtemplare quō
duo dolores pugnauerūt in corde meſtiſſime matris Marie.
Primus erat quē habuit in filij ſui morte. Secūdus dolor quē
habuit de tocius hūani generis ꝑditione et dyabolica captiui
tate. in qua totū genus humanū fuit captū. Ita ꝙ ſuꝑabat do
lorem quē habuit de filij ſui turpiſſima morte. Unde dicere po
terat illud apoſtoli. Mihi viuere criſtus eſt et mori lucrū. Ac
ſi diceret. Uita filij mei eſt vita cordis mei. Mors ſua eſt lucrū
humani generis. qꝛ liberator a captiuitate dyabolica et a morte
ſempiterna. Qua ꝓpter merito rediligere debemus Criſtum

dominũ et deũ noſtrũ.quia plus dilexit nos ꝙ̃ ſeipſum. quia ſe volũtarie pro nobis in mortẽ obtulit vt ſecuꝫ viueremus in eternũ Merito etiaꝫ diligere tenemur Mariã matrẽ eius et noſtrã qꝛ plus dilexit nos et noſtrã ſalutẽ ꝙ̃ ꝓpriũ filiũ hie-ſum criſtũ deum et dominũ noſtrũ.qꝛ nuſꝙ̃ legimus ꝙ ei nunꝙ̃ deſuaſerit ne ꝓ nobis moreret̃ quãuis vtiqꝫ preſciret veriſſime eam oportere multa pati in filij ipſius morte.O infelix vtiqꝫ hõ et eterna dãnacione dignus qui nõ reamat vſqꝫ ad mortẽ etiam incluſiue.tales qui ipm plus ꝙ̃ ſeipſos dilexerũt.Ut eſt hieſus criſtus deus noſter et eius amãtiſſima mater.Sed hec omnes martires vtriuſqꝫ ſexus fecerũt qui ſe libẽtiſſime mira caritate ad diuerſas penas et mortẽ amarã ꝓ criſti noĩe et eius fide et honore reddiderunt.et ideo nunc in celeſti patria premia eter-na ſecum poſſiderunt.

## Quintus Gladius.

Uintũ doloris gladiũ tũc mater ſenſit.qñ filij ſui cor-
q pus mortuũ de cruce poſitũ fuit. Et tanquã vile cada
uer tractatũ.licet ꝓpter deitatem criſti ipſi corpori vni eam in veritate cadauer nõ fuit. Joſeph aũt mercatus eſt ſyndonem quã ſuꝑ terrã expãdit et corpus mortuũ deſuꝑ poſuit.O meſtiſſima mater que tuo materno amore ipm cernebas. et faciem eius lachrimis rigabas et recẽtia vulnera frequẽtius oſculis lingebas. Juſtã et ſanctã faciem ſuã ſepius inter manus tuas accipiẽs Sed heu vidiſti ꝙ vita oim viuencium horribile morte manibus pedibus et latere ꝑforatis et totus in corpore laceratus corã te ꝓpria morte miſerabiliter iacebat.ymmo amirarer ꝙ cũcti angeli qui ꝑ̃ſentes tũc fuerũt non flerẽt cum creatorem et deũ coꝝ coram ꝓpria matre tam miſerabiliter in terra iacere viderẽt. Et ideo dicit ꝓpheta. Angeli pacis amare flebãt. id eſt ad mortẽ flentiũ ſe habebãt. O ꝙ̃ induratũ eſt cor illius qui tibi ex intimis non cõpatit̃.O ꝙ̃ frigidũ pectus quod non gemit ex his. Uidens aũt Johãnes et Nicodemus vehemẽtiſſimũ dolorẽ matris quẽ habuit et viſu filij ſui mortui corporis timuerũt valde matrẽ cũ filio perdere.et ideo feſtinabãt corpus illud mortuũ ab oculis matris abſcõdere. Nicodemus ꝓo centũ libras nobiliſſimi vngẽti apportauerat et more iudeoꝝ

corpus illud cōtra putrefactionē vngebat ¶ Hic cōtemplare ꝙ vere Nicodem⁹ et Joſeph et multi alij ex diſcipulis eius etiā nō ꝑfecte crediderūt ꝙ ipſe verus eſſet deus ꝓpter eius mortē quā eſt paſſus. ſed bene crediderūt ꝙ eſſet vir ſanctus et iuſtus a deo miſſus. Nā ſi Nicodemus ꝑfecte crediđiſſet ꝙ ipſe verus deus eſſet. tūc vtiqꝫ de vnctione ſua nō indiguiſſet. qꝛ ſcriptū ē Non dabis ſanctū tuū videre corruptionē. Nā ſi illud corpus ad centū annos in fetibus terre iacuiſſet ꝓpter vnitatē deitatiſ nunqꝫ corruptū fuiſſet. Hic iterū cōtemplare ꝙ poſtqꝫ Maria vidit taꝫ corpus inunctū ſyndone inuolutū et ad ſepeliendū diſpoſitū in corde eius noua ſurrexit tribulatio. vt cogitaret vbi eum ſepelire vellet ex quo ipa paupꝫ mulier ꝓpriam domū. agrū aut ortū. aut aliquem aliū ſepulture locū nō haberet. Nec tam ſanctū corpus in fetibus terre ſepelire deceret. Et ſic quocūqꝫ diuerteret ſe fuerūt ei anguſtia vndiqꝫ. Tu aūt in tua cōtemplacione eam cōſolare tanqꝫ pſens eſſes. et dic ad eam. O mater triſtiſſima cōſolare et cogita qꝛ filius tuus gigas eſt duplicis ſubſtācie diuine videlicꝫ et hūane. Qui ſm humanā naturam vere eſt mortuus. ſed ſm diuinā viuit vere et immortalis eſt ſm quam regit omnia que in celo et que ſtꝫ in terra. Ideo ante mundi cōſtitucionem ipſe ſibi prouidit de ſepultura. nam Joſeph vir nobilis de centurio et diues ibi non longe a loco caluarie vbi dominus mortuus iacebat ortuꝫ habebat in quo ſibi ꝑ ſua perſona ſepulchrū non in terra ſed exciſum in petra faciebat deus aūt qui omniū hominum corda in poteſtate ſua habet in cor ioſeph dedit. vt eum ibidem in ſuo ſepeliret ſepulchro. qui mox diuine inſpiratione obediens fuit. et corpus mortuum inuolutū poſt ipſum portare iuſſit. Et meſtiſſima mater ſequens cū alijs quampluribus pſonis honeſtis honeſtiſſime proceſſit quouſqꝫ ad locū ſepulture venit. Que cum ſepulchrū nouum in petra exciſum videbat tunc ſpiritus eius paululum viuebat. et ipſi. Joſeph de iſta ſepultura graciarum actiones referebat. Illi eum in ſepulchro ponebant. ſed mater ipſum ad ſe trahebat dicens. Miſeremini mei miſeremini mei ſaltem vos amici mei. Sinite vt faciem eius adhuc paululum amato velamine valeam contemplare et aliquantulum conſolari date illum matri ſue miſere. vt habeam illum ſaltē defunctum quem

nō potui ꝯſiderare viuū: ⁊ ſi nunc velitis ſepelire illū facite me
miſerā ſimul ſecū in ſepulchꝛū tranſire ne abſq̀ eo viuēs valeā
miſerrime perire. Ue mihi: vbi gaudiū qđ mihi per gabꝛielem
eſt nunciatū: heu in maximū doloꝛem eſt mihi ꝯuſum. Ipſe eñ
mihi dixit. Gratia plena dñs tecū. O mi fili cū tu vita aīe mee
ſis quare me ſic doloꝛe perimis: fac nunc me tecū moꝛi que ad
moꝛtē te genui: dulcius eſt mihi miſere moꝛi q̄ꝫ moꝛtis ducere
vitā. Sed moꝛs optata recedit. Nam maria pre omnibꝰ deli-
cijs et gaudijs huius mđi moꝛtē pecijt. et hoc ꝓpter tria. Pri-
mo vt eius coꝛpus cū filij ſui coꝛpoꝛe ſepultū fuiſſet. Scđo vt
ſuos doloꝛes cū doloꝛibus filij ſui terminaſſet. Tertio vt aīa
eius cū anima filij ſui in ſinū abꝛahe: hoc eſt: in limbo ſancto-
rum patrū cum gaudio deſcēdiſſet. Sed ei id nō eſt cōceſſuꝫ. qꝛ
eam poſt filij aſcenſionē eſſe in mūdo ꝓpter plures cauſas fuit
neceſſariū. Et ſic fuit criſtus per illos coꝛꝑe ſepultus et lapis
magnus ad hoſtiū monumēti reuolutꝰ. Maria aūt mater ieſu
libētiſſime die noctuq̀ apud ſepulchꝛū manſiſſet quouſq̀ eius
filius a moꝛte reſurrexiſſet. ſed nō eſt permiſſa: quia a ſancto io
hanne eius cuſtode cū ceteris ſanctis mulieribus a ſepulchꝛo
eſt reducta. O q̄ꝫ pluries meſtiſſima mater maria retroꝛſum re
ſpexerat cuius amoꝛ filij mēoꝛiam continue pulſauerat. Unde
Aug. Aīa plus eſt vbi amat q̄ꝫ vbi animat. Et ſm hoc dictū
aīa eius plus fuit cū coꝛpore qđ in ſepulchꝛo iacuit q̄ꝫ qđ in
habitauit. O q̄ꝫ cū quanto luctu in hieruſalē ieiuna redijt cuiꝰ
cena erant lachꝛime cū lamento. O filia ſyon magna eſt velut
mare cōtritio tua. qꝛ quē cum gaudio cōcepiſti et peperiſti. nūc
illum cū triſtitia et amaritudine amiſiſti. Cum igit̄ ſic ploꝛans
in hieruſalē ducit̄ multe femine. ymmo et populus vtriuſq̀ ſe-
xus vidētes eam tam amare ploꝛātem ſuꝑ illius doloꝛe ex pie
tate mote cōuertebant̄ ad luctū: quis eñ poſſit ſe a lachꝛimis
cōtinere cum videret mariā matrem dei tam amare flere. Ecce
ſic ploꝛans a ploꝛātibus eſt ducta quouſq̀ ad domū iohānis
eſt peruēta. ibi ꝑmanſit et eam iohānes tenuit et ſupꝛa ꝓpꝛiam
matrē digniſſime honoꝛauit: et ipſam ꝯſolari voluit ſed ipa cō
ſolari nō potuit ex omnibus caris eius. qꝛ conſolatoꝛ eius ve-
rus eſt moꝛtuus et iacebat in ſepulchꝛo defunctus. Sed cum
nullus hominū mđi in coꝛde ſuo tantum doloꝛē ſenſerit ſicut

maria in moꝛte amātiſſimi filij ſui ſenſit:amirari poſſes cur nō
eſt moꝛtua pꝛe nimio doloꝛe. Huius deuota mēte cōtemplare
tres cauſas fuiſſe. Pꝛima fuit certitudo reſurrectionis filij ſui
poſt triduum que multū eam ne deficeret confoꝛtauit. Secūda
fuit redemtio totius gnīs humani de captiuitate dyaboli per
moꝛtem filij ſui. Tertia fuit potiſſima.videlicet ſpūſſancti ob•
umbꝛatio qui eam vt dei filium conciperet obumbꝛauit :et ne
in tot tollerabilibus tribulatiōibus deficeret confoꝛtauit. Qui
vtiqꝫ naturaliter in vita non perſtetiſſet niſi eam in tantis do•
loꝛibus conſeruaſſet. Et hec de gladijs marie.

As igitͬ cōtemplatiōes tibi ſcripſi amātiſſime germane
b ſm̄ deſideriū tuum ex fraterna caritate.vt mei memoꝛ
ſis cū has lachꝛimoſe contēplaueris.quatenus in cele
ſti hieruſalē nos mutuo contēplamur cū iocūditate :et ꝓ finali
ꝯcluſiōe ſcribā tibi duas oꝛōes deuotas:vnā ante ⁊ aliaꝫ poſt
miſſaꝫ dicēdas:et quas ego quotiēſcunqꝫ celebꝛo oꝛare ꝯſueui.

## Oꝛatio bona ante miſſam.

Rex angeloꝝ et hoīm ad tui dulciſſimi ꝯuiuij menſaꝫ
o ego indignus et infelix peccatoꝛ acceſſurꝰ vereoꝛ et cō
tremiſco:repletus vitijs ⁊ ſparſus maculis multis.lin
guam hn̄s minus cautā et mētem non pureſeruatā. Equidem
ꝯſcientie mee libꝛū reuoluo ⁊ tunicā innocētie mee inciſam gra
uiter inuenio.vnde miſer inter anguſtias dephenſus anxioꝛ et
quid eligā penitus ignoꝛo. Scio eñ dn̄e et recoꝛdoꝛ verboꝛū
tuoꝛū tue reuerēde veritatis quibus nos exhoꝛtaris dicēs. Ni
ſi māducaueritis carnē filij hominis et biberitis eius ſanguinē
nō habebitis vitā in vobis. Sed ꝓpter graues et multiplices
exceſſus meos exterrēt me verba apoſtoli tui quibus cōmina•
tus eſt nobis dicēs. Qui māducat carnem et biberit ſanguinē
dni indigne: iuditiū ſibi māducat et bibit. Si igitͬ non acceſſe
ro vitā fugio:et ſi indigne me ingeſſero dānationē mihi acqui
ro:vereoꝛ ex inobediētia condemnari ſi dimitto:vereoꝛ iuditiū
ſumere ſi accedo:attrahoꝛ per gratiā tuā:retrahoꝛ per culpam
meā. Impedit me carnis fragilitas queꝫ tanti miſterij delectat
caritas. Scio dn̄e oculos tue maieſtatis in pn̄ti me ꝯtēplari
omnibus hoꝛis: et ſctm̄ angelū tuum ad hoc ſacrū miſterium

aſſiſtere.et qua fiducia ego miſerrimus p̄ſumo ad hoc accedere qui pluribus ſordeſco vicijs:aut quō cum ſim vermis et materia carnalis audeā ꝑticipare miſteria tāte dignitatꝫ.O ſumma deitas.O reuerēda maieſtas.O pia miſeratio.ymmo ineffabilis.ymmo inexcogitabilis et inſcrutabilis ſctitas quo ibo a ſpiritu tuo et quo a facie tua fugiā:ad te pium ſamaritanū et infirmitatis humane ſingularē medicuꝫ ſanandus feſtino:et ad te fontē miſericordie lauādus curro. Ad te hieſu bone confugio et quē diſtrictū iudicē ibi ſuſtinere nō valeo ſaluatorē hic aſpiro:Uideo em̄ peccata mea eſſe multa ⁊ magna et timeo:video inſuꝑ ſuauitates miſericordie tue quarū non eſt numerus ⁊ ſperare audeo.Reſpice hieſu criſte:reſpice rex bone:reſpice homo crucifixe virgineā carnem tuā pro me clauis affixā:lancea ꝑforatā et multis vulneribus afflictā. Hec oīa et multo plura merēto ꝓpter me te ſuſtinuiſſe.Illa em̄ pietas et bonitas que te traxit ⁊ vicit vt in ſtatera ſancte crucis pctā huius mōi liberares.illa te cogat et moueat vt mihi ſacerdoti indigno pctis et miſerijs pleno miſerearꝫ.Tu fons pietatis ⁊ miſericordie tuā rogo maieſtatē qtū̄s meā digneris ſanare infirmitatē:lauare feditatē:illuminare cecitatē:ditare pauꝑtatem.veſtire nuditatē vt te panem angelorū:regem regū:et dominuꝫ dn̄antiū tanta ſuſcipiā reuerētia et tremore:tanta cōtritione et amore:tāta fide et puritate.tali ꝓpoſito et humilitate ſicut te decet ⁊ expedit ſaluti aīe mee.Da mihi illius queſo dn̄ici corporis et ſanguinis nō ſolum ſuſcipere ſacrm̄tum:ſed etiā virtutem ſacramēti:reple aīam meam clemētiſſime deus.Da mihi indigno ſacerdoti hodie de p̄cioſo ſanguine tuo potū ſumere ſalutis eterne:non qꝛ ſum iuſtus.ſed quia peccator. Non eſt em̄ opus ſanis medicus ſed male habētibus.O vera caritas in qua eſt eterna felicitas.Tu es ſpes mea vnica:in te ſit requies mea.Tu es meum gaudiū:te diligat cor meū:imple deſideriū meum qđ in me fieri miſiſti vt tuipſe voluiſti. Tuus ſum ego noli me dimittere alieno:gratia tua ſemꝑ in me maneat et me ab omni malo defendat.Ueni dn̄e cui peccaui:veni ⁊ obliuiſcere pctm̄ meū pro quo effudiſti ſanguinē tuū.Ueni hieſu dulciſſime da mihi cibū ſalutꝫ eterne.veni et me libera de morte eterna:veni infirmoꝝ medicus:ieiunantiū cibus:et ecce ad te venio in quem ſpero.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quē toto corde deſidero.quē tota mētꝫ intētōe ſumo:cuiꝰ corpꝰ ſctiſſimū ⁊ ſanguinē ſuauiſſimū accipe cupio.vt vltra in me maneas ⁊ me vſqꝫ i finē nō deſeras nec a me recedas i ſcl'a ſcl'oꝝ a.

## Oratio bona poſt miſſam.

g GRatias ago tibi dñe ſctē pater oīpotēs eterne deꝰ qui me indignū peccatorē ꝑ grām tuā nullis meis meritꝫ exigētibꝰ reficere ⁊ ſatiare dignatꝰ es corpe ⁊ ſanguine dilectiſſimi filij tui ieſu xp̄i. Et p̄cor te vt hec ꝯmunio ſalutarꝫ nō ſit mihi reatꝰ ad penā ſed interceſſio ſalutarꝫ ad veniā. et ſit mihi armatura fidei et ſcutū bone volūtatꝫ:ſit mihi pctōꝝ meorū euacuatio:ꝯcupiſcētie et libidinis extermiātio:fidei ſpei caritatꝫ patiētie et hūilitatis caſtitatꝫ ⁊ obediētie ꝯſtantie:pacis facūdie ſapiētie diſcretōis oīmqꝫ ꝟtutū ac totiꝰ ſctitatis ⁊ ſanitatꝫ auctio. In te dñe ſit mihi firma adheſio atꝫ finis mei felix ꝯſumatio:et p̄cor te mitiſſime deꝰ vt mihi ꝑcere velis oīa errata mea indigno ſacerdoti:⁊ q ad celebrādū ſacratiſſima altarꝫ tui miſteria tā indigne et tam impudēter acceſſi. Remitte mihi dulciſſime deꝰ q ſctiſſimū corpꝰ et ſanguinē tuū tā indeuote et tā irreuerētialiter tractaui.oēm indignitatē ⁊ imprudētiā.oēm indeuotōez et irreuerētiā:oēm incautōez et negligētiaz:oēm ingratitudinē et indecētiaz meā circa tuū ſacratiſſimū ſacrm̄tum ꝯmiſſum pce mihi:ignoſce mihi ꝓ tua pietate in eternū. Et tu ꝟgo ſereniſſima:nobiliſſima:caſtiſſima:ſctiſſima mater dnī nr̄i ieſu xp̄i q̄ eūdē creatorē oīm creaturaꝝ i tuo vtero ſacratiſſimo portare digna fuiſti:cuiꝰ veraciſſimū et ſacroſctm̄ corpꝰ et ſanguinē ego miſer et indignꝰ pctōr tractare et ſumere p̄ſumſi pro me miſero pctōre ad eundē p̄cor dignerꝫ intercedere. Et tu ſctē iohes eiuſdē dnī nr̄i p̄curſor et amice ꝓ me orare dignare q̄ inter materna viſcera poſitꝰ exultās ipm̄ adeſſe mirabl'r ꝯgnouiſti:tandēqꝫ mōo ſua tollentē pctā veraciter oñdiſti:atꝫ ipm̄ in iordane baptiſans vix illud tremendū atꝫ gl'ioſiſſimū caput auſus tāgere extitiſti.quē totū tangere ac ſumere ego immundus et indignus non expaui. Et vos omēs ſancti et electi dei qui aſſidue eius viſione fruimini atqꝫ fruētes reficimini ad cuiꝰ mēſam nō formidaui tam impreparatꝰ accedere:⁊ tam ingratꝰ recedere. Ueſtrū oīm inquā ſupplico clementiā et depoſco vt ipi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf